

I

C

S

1

6

7

i

41 Kopf nach
Fischart

N. Anat. Ph.
43.

K.9424

FR. REDA
DE
INSECTIS

FRANCISCI REDI

(*Patritii Aretini*)

EXPERIMENTA

circa generationem

INSECTORVM

A D

Nobilissimum Virum

CAROLVM DATI



OPTIMI CONSULTORES MORTVÆ.

AMSTELODAMI,

Sumptibus ANDREÆ FRISII.

M. D C. LXXI.

PAŃSTOWE
MUZEUM W GŁOŚCIE
BIBLIOTEKA

Nr. K. 9429

Clarissimo & Consultissimo
Viro

D O M I N O

D^{no.} P E T R O

C O E N I S S E N

I. V. D.

S.

Q Uæsitam dudum occa-
sionem privatum no-
strum amorem proferendi in
publicum, fateor, ambabus,
quod ajunt, manibus arri-
pui; & libello huic, qui infe-
ctorum curiosissimam gene-
rationem & metamorphosin
oculis spectantium pariter &

* 3

au-

auribus legentium objicit ,
quem Franciscus Redi , pa-
tritus Aretinus cum civibus
suis Italice loqui fecerat , ego
ut omnibus secreta sua pan-
deret , Latine loqui curavi ,
nominis tui inscriptionem
præfixi , ut dedicatione hac
me jam dudum tibi addi-
ctum dicatumque esse de-
monstrarem . Quid ni face-
rem , cum nihil invenerim te
amabilius , nihil amantius ,
quorum utrumque cum in
te summæ virtutis sit , alte-
terum felicitatis etiam est
meæ : quod nimirum omni-
bus charus , omnibus jucun-
dus

dus cum sis, mihi quasi ultro
detulisti, quam tot alii am-
biunt amicitiam. Non hic
tamen diducam longius
quantum in te sit amoris,
officii, sedulitatis, diligentiae;
quænam in convictu comi-
tas, facilitas, synceritas: quam
ubique candidus, quam et-
iam eruditus & litteratus,
quam in veteri, quam in no-
strorum temporum historia
versatus, nihil, inquam, ho-
rum attingam, ne vel in
adulationem abeat amicitiae
simplex professio, vel invido
forte alicui laudes aliunde
conquisitæ in te translatæ

* 4

esse

esse videantur. Fruor ego
privatum istis bonis, & fruar
tamdiu cum paucis, quam-
diu thesauros doctrinæ tuæ
clausos tenebis in pectore,
nec publici juris facies; &
quamdiu privatâ illâ, quæ
Te tam largiter beavit for-
tunâ contentus, non aspira-
bis ad locum aliquem, unde
lumen tuum radios possit in
plures spargere, qua in men-
te ut diu perseveres, quo mi-
hi frequentior jucundiorque
tui sit copia, optarem votis
omnibus, si amicitiae liceret
sui majorem quam amici-
rationem habere. **Quo ne**
me

me scelere contaminem, ver-
tam potius vota, & flagi-
tabo, non tantum petam,
ut prodeas amice, prodeas
in publicum, faciasque ut
quantum propter occupa-
tiones à convictu familiari-
tateque nostra fieret dece-
sio, tantum ex gloriæ tuæ
fructu jucunditatis accede-
ret amico, quod quam vo-
veat ex animo testatur hac
fidei, amoris, observantiæ-
que suæ perpetuâ tesserâ

Cl. Domine

Amicorum tuorum

tui amantissimus

A. FRISIVS.

L E-

L E C T O R I
B E N E V O L O.

ANteam quam huc pedem inferas, tribus te verbis alloquar necesse est. Versionem tibi damus, sed liberiorem, & in qua id potissimum egimus, ut Domini Authoris mentem, quantum id pro virium nostrarum ratione fieri poterat, quam commodissime exprimemus. Quare si qua hic occurrunt minus eleganter, minusque latine dicta, non oratorem nos, sed alieni operis qualemcumque interpretem egisse cogitabis. Iam illud quoque perpendas precor, suum cuique nationi genium, suam dicendi rationem esse, quam frustra exprimere nituntur, quotquot sub alieno cœlo, alienis moribus & idiomate vivunt. Atque hoc est quod me propius tangit,

git, & te meminisse volui: de reli-
quis hic nihil: ipsum enim sese com-
mendat hic tractatus, ut suspensa
hedera opus non sit. Unum tantum
mihi pace tua addere liceat, aut ve-
ram, quam hic vides, aut nullam
aliam solide philosophandi ratio-
nem esse, nec quenquam fore arbi-
tror, cui illa in observandis rebus
naturalibus assiduitas, illa in pro-
ponendo modestia non placeat, his
tantum exceptis, qui nihil nisi sua
& antiqua amant, vel ex bonorum
authorum opere praesens lucrum
querunt, cui hominum generi ut ni-
hil hic dictum velim, ita Dn. Au-
thor, qua est generositate, nihil
praeter bonam mentem precatur.

Vale.

مَنْ يُجْرِبْ بِيَرْدْ عَلَيْهَا
وَمَنْ يُؤْمِنْ بِيَرْدْ عَلَطَا

*Experiens sapientiam, credulus
errorem auget.*

Prov. Arabic. Erpen. LVII.

FRAN-

FRANCISCVS REDI

Nobilissimo Viro

DOMINO

D. CAROLO DATI

S.

MI DOMINE.

Dubium nullum est , quin supremus omnium Architectus, ad percipiendas res naturales, rationi sensus externos , quasi totidem fenestras vel portas dederit , per quas illa propiciat ad contemplandas res ; vel res introeant , ut conspiciantur . Quin ut melius dicamus , quasi totidem speculas , vel exploratores, eo collimantes, ut rerum na-

A

tu-

turam detegant, & cuncta rationi renuncient, quæ hac ratione suscitata, de quavis re judicium suum format, tanto magis perspicuum & certum, quanto sensus magis sani, agiles, & ab omni impedimento liberi sunt.

Quare ut reddantur magis securi, vel accedimus proprius, vel à rebus, quas intuemur, recedimus longius, mutando lumen & locum, pluresque alias actiones exercendo, ut non visui tantum, sed sensibus etiam reliquis satisfaciamus: idque eum in modum, ut nemo hominum, qui ingenio valeat, judicium rationis de rebus sensibilibus, aliter, quam per hanc facilem, securam, planam, & expeditam priorum sensuum viam requirat: prorsus ut optime mihi dixisse videatur qui nescire

nescire se ajebat , quid optione
data expetere homo à natura, vel
mente quadam superiore potius,
quam sensus integros & incor-
ruptos posset. His usque adeo ap-
positis instrumentis cum instru-
ctus sit homo , nemo non videt,
quantum à recto tramite devia-
turus sit , qui veritatem h̄istoriæ
naturalis anxie indagando, sepo-
sita illuminatione sensuum , su-
perficiali & levi apprehensioni
propriæ , vel minus sinceræ alio-
rum relationi innitens, à ratione
officium suum requirit , ut quæ
à sensibus malè instructis dece-
pta , præcipitem & fallacem sen-
tentiam pronuntiare posset. Hinc
nemo hodie in scholis Philoso-
phorum usque adeo novitus est,
ut hanc ab ipsa natura instilla-
tam, & ab antiquorum sapientif-

A 2 . simis,

siniis, atque in Philosophicis rebus bene subactis dictatam sententiam non foveat, è quorum numero maximum illud ingenium, quod omnia novit, & de omnibus mirabiliter scripsit, in I I. de Paradiso dixit:

Ella sorrise alquanto: e poi; s'egli erra

*L'opinion, mi disse, de' mortali
Dove chiave di senso non disferra:*

*Certo non ti dovrien punger li
strali*

*D'ammirazione omai; poi die-
tro a' sensi*

Vedi, che la ragione ha corte l'ali.

Id est:

Errare opinionem mortalium destitutam clave sensuum: nec vero id cuiquam mirum videri debere, cum ratione adminiculo sensuum curtas alas habeat.

Ita

Ita est: Ratio, etiam ubi sensus
sequitur, alas curtas habet: nec
inquirendo plus comprehendit,
quam illi apprehendunt. Quod
si usque adeo debilis est, in per-
scrutandis rerum mundanarum
secretis, etiam sensuum firmata
subsidio, quanto pejoris condi-
tionis erit, his destituta præfidiis?
Quare, si sensus viam non explo-
rant, si negotia non detegunt, si
quicquid natura fert minus bene
apprehendunt, nec rationi ma-
nus porrigunt, quid miri, si vel
per præcipitia & tenebras ince-
dat, aut fallaciarum & errorum
laqueis involvatur? Atque hoc
ipsum in causa est, utut animi
fervore potius, quam dexteritate
ingenii studia Philosophiæ secu-
tus sim, cur maximo studio &
cura id egerim, ut oculis meis

A 3 pri-

primo , per accuratam & continua-
m experientiam satisface-
rem , ac tum demum menti ma-
teriam Philosophicæ æstimatio-
nis subministrarem : quâ viâ utut
forte ad perfectam alicujus rei
cognitionem non pervenerim ,
eo tamen usque deventum est ,
ut multa , quæ novisse me puta-
bam , plane ignorare me sciam :
& si quam ab antiquis descri-
ptam , vel à modernis creditam
fallaciam evidenter detego , du-
bius animi , atque incertus hæ-
ream , & nisi prudenti amicorum
consilio suffultus , vix verbum
proferre audeam : unde pluribus
recens factis experimentis circa
natales viventium , quæ hactenus
nulla non scholarum , casu , &
propria virtute , sine ullo semine
paterno nasci credidit , quia ipse
mihi

mihi diffidens, cum aliis ea de re
conferendum censem, ad te
mihi recurrendum Domine Ca-
role putavi, cuius humanitati
hunc inter intimæ admissionis
amicos locum debeo: ad te in-
quam, in quo docti omnes sum-
mam, à Philosophia roboratam,
& varia eruditione luculenter
adornatam sapientiam ita re-
splendere vident, ut hoc se pre-
tio æstimans Thuscia nostra, nec
Latium suos Varrones, nec Græ-
ciæ Plutarchos invideat. Quare
hoc à te peto ut horis successivis,
has meas literas legere digneris,
sed eo animo, ut simul senten-
tiam mihi tuam sincere dicas,
& doctissima, ut soles, consilia
amice mihi suppedites, quorum
subsidio fretus, sublatis quæ su-
perflua aut vana videri poterunt,

& adjectis necessariis, forte solerti magis studio perficere hoc quicquid est operis potero.

Multi crediderunt pulcram hanc universi partem, quam vulgo terram vocamus, statim, ut è manu æterni Magistri stabilita exiit, vel qua alia, quam stulte comminiscuntur ratione, existit, certa quadam viridi lanugine, primis pilorum in pullis volatilium & quadrupedum rudimentis non absimili, per se vestitam fuisse, quæ lanugo à lumine Solis, & ab alimento materno robur & incrementa sumens, sensim in herbas & arbores, alendis animalibus postea productis aptos excreverit: dicentes, eandem terram progrediendo ab elephanto, vel maximis ad minimas, & invisibiles bestiolas, omnes anima-

malium species ex visceribus suis produxisse : sed non contentam hac irrationalium generatione hanc ambivisse gloriam , ut ipsi etiam homines, primis illis temporibus, se matrem agnoscerent. Unde Stoici , narrante Lactantio, affirmarunt, in cunctis montibus , collibus , & omni planicie homines prodire, haud secus atque fungos. Verum est , aliquos in ea opinione fuisse , non ubi vis , sed in certa quadam , & determinata parte , vel Provincia eosdem nasci ; unde Ægyptii , Æthiopes, Phryges suæ regioni ; Arcades , Phœnices , & inter Atticæ terræ incolas Athenienses fibi hanc prærogativam arrogabant , ac si primi parentes humani generis in Græcia , per se , eadem prorsus , qua cicadæ vulgo
A s nasci

10 FRANC. REDI
nasci creduntur, ratione, ex terra
nati essent, in cuius rei signum
aureas cicadarum imagines pileis
affixas gerebant. Etiam Plato in
Menexeno, nec non Diogenes
Laërtius in vitis Philosophorum,
hanc primæ hominum ex terra
generationis gloriam Græciæ
tribuunt: Sed ubicunque tan-
dem illi nati fuerint, Archelaus,
Anaxagoræ discipulus, docuit,
non omnem macram & igna-
vam terram, nec emortuum
quodvis fabulum huic rei aptum
esse, sed terram requiri calidam,
lætam, & germinando natura-
liter aptam, quæ pultem quan-
dam lacti similem, & primi vi-
ventium alimenti, seu lactis vi-
ces subeuntem subministraret.

Hæc viventia Empedocle &
Epicuro testibus, primis mundi
die-

diebus promiscue, nulloque servato ordine vel regula ex utero terræ (matris artificii illius generis nondum satis gnaræ) nascebantur. Neque hæc usque adeo absurdâ opinio illorum modo sapientum, sed multorum etiam aliorum antiquitus, & specialiter Apollonii Rhodii Argonauticorum iv. fuit:

Θῆρες δ' οὐδὲ γύρεοιν ἐσινάτες αἰματοῦσιν ;
Οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἄνδρεοιν ὄμοιν δέμας,
ἄλλο δ' αἴπ' αἴλων

Συμμιγέες μελέων κίον αἴθροοι : οὐτε
μηλα

Ἐκ ταῦθιμῶν ἄλις εῖσιν ὁ πιθόντα νομῆι.
Τόις καὶ πρότερος ἐξ ιλύ  ἐβλάσκε
Χθῶν αὐτὴ μικτοῖσιν αἱρημένοις με-
λέοισιν.

Id est :

*Ferae autem non feris similes im-
manibus,*

*Negue quidem viris simile cor-
pus, sed aliud ab aliis
Permisi membris incedebant nu-
merosæ, tanquam oves
Ex ovibus diligenter eum se-
quentes pastorem.
Tales & priores è luto produxit
Terra ipsa, mistis compositos
membris,*

Ita ut nonnulla animalia sine
ore & brachiis, alia absque ocu-
lis & pedibus, quædam mire in-
sertis manibus pedibusque, ven-
tre destituta & capite palparent.
Multæ capite nascebantur hu-
mano, & membris ferinis reli-
quis. Alia partes anteriores feri-
nas, posteriores humanas habe-
bant: nec deerant ad illum forte
modum facta, qualem Poëtæ
in Minotauro Cretæ, Sphinge,
Chi-

Chimæra, Sirenibus, alato Persei, & in fabuloso Atlantis equo Ariostus describit.

*Non è finto il destrier man naturale,
Ch' una giumenta generò d'un grifo;*

*Simile al padre avea la piuma,
e l' ale,*

Li piedi anteriori, il capo, e'l grifo;

In tutte l' altre membra parea quale

Era la madre, e chiamasi Ippogrifo.

Id est :

Non fictus, sed naturalis erat equus, ex jumento generatus & gryphe: similes patri pennas habebat & alas, nec non pedes anteriores, caput simile & rostrum: Cætera matri similis, & vocatur Hippogryphus.

Sed hæc magna mater terra cernens dedolatas istiusmodi

monstrosas generationes neque bonas, neque durabiles esse; cum his talibus occupata seipsam perfecisset, ac jam rudimenta artis deposuisset, homines producebat, & perfecta alia in sua specie animalia : Et homines quidem secundum narrata Democriti, minutorum instar vermium nascabantur, paulatim & insensibiliter humanam figuram assumentes; vel ut Anaximander dicebat, ex sinu matris prodibant, corticibus quibusdam inclusi ruditibus, & spinosis, echinato calici, quo castanea fructus suos vestire solet, non dissimilibus. Diversa ab hac Epicuri & sequacium doctrina fuit, qui in utero terræ, certis quibusdam tunicis & membranis inclusos fuisse homines, & cætera animalia voluerunt,

runt, quibus maturo tempore
disruptis, & dilaceratis, omnia
nuda, nullo caloris vel frigoris
sensu prodiissent, & huc illuc
divagando, prima sui alimenta
matrem sugendo traxissent: quæ
mater terra cum mirabilibus
istiusmodi generationibus haëte-
nus suffecisset, brevi effœta, &
quasi senio confecta, sterilis facta
fuisset, hominibusque & reliquis
perfectis animalibus producen-
dis ultra non sufficiens, generan-
dorum animalculorum, musca-
rum scilicet, vesparum, cicada-
rum, araneorum, formicarum,
scorpionum, omniumque ver-
miculorum terrestrium, & aë-
reorum, quæ Græcis ἔντομα ζῶα,
Latinis *insecta* vocantur, facul-
tatem retinuisse, plantis sponte
sua, nullo semine prævio nascen-
tibus.

tibus. Et in hoc conveniunt omnes antiquorum simul & recentium Philosophorum scho-
læ, constantissime docentes, ter-
ram hactenus & produxisse illa,
& producturam porro ad inter-
itum usque sui. Nec tamen eun-
dem omnes modum generatio-
nis insectorum , nec eandem
omnes partem determinant , à
qua animæ in eadem deriventur.
Dicunt enim, non solam terram,
sed animalia etiam omnia , viva
pariter & mortua , nec non res
omnes à terra productas, omnia
denique illa , quæ putredini &
corruptioni propiora sunt , hac
occulta virtute gaudere. Et va-
lidi argumenti loco nonnulli
putredinem ipsam ; alii natura-
lem coctionem adducunt : qui-
bus rationibus multi , pro diver-
sitate

sitate sectarum & conceptuum, adjungunt causas alias, quas activas & efficientes vocant : quales, exempli gratia sunt, anima universalis mundi, anima elementorum, ideæ, intelligentia, formarum donatrix, calor corporis putrefacti, calor ambiens & cæli, ipse etiam motus cæli, & influentiæ superiores : nec defuit, qui generationem automatum omnium virtute generatricis facultatis animæ sensitivæ, & vegetabilis factam assereret, cuius tenues reliquiæ, aliquamdiu post mortem superantes, & in cadavere animalium vel plantarum habitantes, dum ibidem à debilissimo calore, tanquam vasi inclusæ, otiosæ, & quasi sopitæ detinentur, superventu caloris ambientis dispositâ materiâ, ani-
men-

mentur, & resuscitatæ, novam
corruptæ materiæ vitam, & or-
gana in morem priorum in-
strumentorum largiantur : Est
alia etiam sapientum secta, quæ
pro vero habet talem generatio-
nem à minimis quibusdam fasci-
culis, & aggregatione atomorum
derivari, quæ atomorum con-
gregations omnium omnino
rerum semina sint, & hujus se-
minis omnia plena esse. Et se-
minis quidem hujus omnia ple-
na esse, multi etiam alii fatentur,
dicentes, hujus generis semina
in principio mundi à Deo nul-
libi non sparsa, & disseminata,
ad fœcundandum elementa, fœ-
cunditate non momentanea, &
evanescente, sed perpetua, &
quæ pari cum elementis passu
procedat : atque hoc sensu ca-
pien-

piendum esse putant , quod in
sacris literis legitur , *Deum omnia
simul creasse*. Sed maximus etiam
nostri seculi Philosophus , im-
mortalis ille Guilhelmus Har-
væus certo statuit , rem omnibus
viventibus communem esse ex
semine nasci , non aliter quam
ex ovo , sive hoc semen ab ani-
malibus ejusdem speciei , sive
aliunde casu derivetur & proce-
dat. *Quippe omnibus viventibus
id commune est, inquit, ut ex semi-
ne, ceu ovo, originem ducant : sive
semen illud ex aliis ejusdem speciei
procedat, sive casu aliunde adve-
niat.* *Quod enim in arte aliquan-
do usu venit, id idem quoque in
natura contingit : nempe, ut ea-
dem casu, sive fortuito eveniant,
quaæ alias ab arte efficiuntur : cu-
jus rei (apud Aristotelem) exem-*
plum

plum est sanitas. Similiterque se habet generatio (quatenus ex semine) quorumlibet animalium; sive semen eorum casu adsit, sive ab agente univoco ejusdemque generis proveniat. Quippe etiam in semine fortuito inest principium generationis motivum, quod ex se, & per se ipsum procreet; idemque, quod in animalium congenerum semine reperitur; potens scilicet animal efformare.

Dixerat autem jam antea, invisibilia hæc semina, quasi atomos per aërem volitantia, à ventis quaquaversum disseminari, & spargi, utut non declaraverit, unde, & à quo originem suam habeant: id tantum eundem credidisse ex supradictis verbis colligi posse videtur, semina hæc fortuita, per aërem volitantia,
 &

& à ventis dispersa , procedere
& nasci , ab agente , non quidem
univoco , ut cum scholis loqua-
mur , sed æquivoco : & melius
forte , solidiusque , & magis per-
spicue opinionem suam decla-
rasset , nisi per civilium bellorum
tumultus eidem , cum deplora-
bili Reipublicæ Philosophicæ
præjudicio surreptæ fuissent
quamplurimæ observationes ,
quas circa hanc materiam colle-
gerat , notaveratque . Multis ta-
men durum , & creditu difficile
videbitur , Harvæum non aber-
rasse à scopo , cum obstinate af-
firment , causam efficientem
procreaticem insectorum natu-
raliter demonstrari non posse :
unde subtilissimus Philosopho-
rum præteriti temporis , cum
eandem in hoc mundo frustra
quæ-

quæsivissit, eo devenit, ut dice-
ret, causam, quæ generationem
insectorum immediate promo-
vet, atque in disposita materia
animas eorundem producit, non
aliam esse, quam omnipotentem
manum illius, cuius sapientia
nihil non transcendit, id est Dei
optimi maximi, à quo pariter
cunctis volatilibus infusam esse
animam, Ennii opinio fuit, si
Varroni credendum est, libro
quarto de lingua Latina, scri-
benti: *Ova parere solet genus pen-*
neis condecoratum; non animas,
ut ait Ennius. Et postea: *Inde*
venit divinitus pulleis insinuans
se ipsa anima. Quare alii sub-
jungunt, mirum non esse, quod
Galenus in suis libris modeste
fatetur, se nunquam eandem
potuisse invenire, ideoque Phi-
losophos

losophos omnes rogatos voluit, ut si quo casu in eam inciderent, id sibi significant: nec tamen eo minus, contra opinionem Platoniorum, fatetur, se animalium inducere non posse, ut credat, potentiam illam, & sapientiam, quæ animalia perfecta producere novit, eandem esse, cum illa, quæ sese demittit ad formandum scorpiones, muscas, vermes, lumbricos, & illius generis infecta alia, quæ à Scholasticis imperfecta vocantur. Quæ inter tot opiniones vera, aut veritati proxima sit, dicere non ausim; atque adeo nec propositi, neque facultatis meæ est, ut hanc litem dirimam, & si id quod credo detego, animo illud sit pleno verecundiae & maximi timoris, cum semper in auribus mihi

mihi resonare videatur illud di-
vini Poëtæ:

*Sempre à quelver, ch' ha faccia di
menzogna*

*Dee l'uom chiudere le labbra,
quanto ei puote;
Però che senza colpa fa vergo-
gna.*

Id est:

Veritatem, quæ mendacii speciem
habet, labiis quantum fieri potest, coér-
ceto: etenim citra culpam ruborem
incutit.

Quare in hac, atque omni alia
re sapientioribus semper primas
deferens, ut si qua perperam à
me dicentur, ea corrigantur,
non reticebo, me sæpius repe-
titis observationibus eo dedu-
ctum esse, ut credam, terram,
post primas illas plantas, & prima
illa animalia, quæ sub ipsa mun-
di

di primordia supremi creatoris
jussu produxit, per se, nec her-
bas, nec arbores nec animalia
qualiacunque perfecta vel im-
perfecta produxisse: & quod
omnia illa, quæ vel præteritis
seculis nata sunt, vel hoc tem-
pore in, vel ex terra nasci viden-
tur, ex semine plantarum reali
& vero, nec non ipsorum etiam
animalium nascantur, ut quæ
mediante semine proprio suas
species conservant. Et quanquam
singulis fere diebus videamus,
ex cadaveribus animalium, nec
non ex omni genere herbarum,
florum, & fructuum putrido-
rum, & corruptorum vermes
nasci infinitos, juxta illud:

*Nonne vides quæcunque morsa,
fluidaque calore*

B

Cor-

Corporata bescunt, in parva animalia verti?

Huc tamen feror, ut credam, omnes hos vermes ex semine paterno generari, & carnium, herbarum, aliarumque rerum, vel plane, putrefactarum vel putrescentium in generatione insectorum, non alias esse partes, nec aliud officium, quam ut locum vel nidum commodum præbeant, in quem ab animalibus; dum nendi tempus instat, deferantur vermes, ova, vel quocunque aliud vermium semen; qui vermes, statim ut nati sunt, in hoc nido alimentum sufficiens, & nutritioni commodissimum inveniunt, & nisi à matribus supradictum semen huc delatum sit, nullum

ib

ibi vermem, nunquam, inquam,
quidquam generari. Et ut hoc
D. Carole, quod dico, verum
esse perspicias, de paucis, &
maxime vulgaribus, nobisque
notis insectis minutatim apud te
loquar.

Ergo, secundum ea quæ dixi,
& quæ antiqui simul & moder-
ni scriptores, nec non commu-
nis vulgø opinio dicta voluit,
omnis putredo corrupti cada-
veris, & omnis eluvies cuius-
cunque alterius rei putrefactæ,
vermes generat, atque producit:
cuius rei veritatem indagare vo-
lens, sub initia mensis Junii tres
ex illo genere serpentum, quos
angues Æsculapii vocant, in-
teremi, statimque ut mortui
erant, in cistulam apertam, ut
marcescerent misi: nec multum

temporis intercessit, cum eos
vermibus, coni figuram repræ-
sentantibus, opertos vidi, nullo
pedum, quantum quidem oculo
perspicere licebat, apparente ve-
stigio; qui vermes devorandis
his carnibus occupati, per mo-
menta crescebant, augebatur.
que, ut videbatur, de die in diem
eorundem numerus: cæterum,
utut conicæ omnes figuræ es-
sent, quia tamen diversis nasce-
bantur temporibus, diversæ quo-
que magnitudinis erant: mi-
nores tamen simul & majores,
absumta carne, sed integris ad-
huc nudis ossibus, per exiguum
quoddam cistulæ occlusæ fora-
men unanimiter omnes sese
proripuerant, nec indagare un-
quam potui, ubi locorum sese
abscondissent. Ergo majore ad-
hibita

hibita cura, ut finem corundem perspicerem, xi Junii tres alios ejusdem generis serpentes adhibui, in quibus exacto triduo vermiculos vidi, quorum numerus & magnitudo per momenta crescebat: & omnes quidem unius ejusdemque figuræ, sed coloris erant diversi: majoribus quantum ad exteriora candidum referentibus, cum minores in carneum propenderent. Absuntis carnibus anxie fugam circumspectabant; sed rimis optimæ clausis observavi, decimonoно ejusdem mensis nonnullos ex majoribus æque ac minoribus quasi sopiri, & immobiles reddi. Inde corrugati, & in se collecti, insensibiliter oviformem figuram assumebant, usque dum die vigesimo primo

B 3 pror-

prorsus transformarentur in si-
guram ovi candidioris : qui ta-
men color postea in aureum,
& paulatim in subrubicundum,
tandemque in nonnullis sensim
obscurior factus, in nigricantem
degenerabat. Ova autem, tam
rubicunda, quam nigra, postea
quam ad hoc perfectionis signum
pervenerant, ex mollibus & tene-
ris, ducto cortice, dura & fragi-
lia reddebantur, ut jam aliquam
cum chrysalidibus, vel aureliis
aut nymphis, ut vocant, conve-
nientiam habere viderentur, in
quas per aliquod temporis spa-
tium bruchi, bombyces, atque
id genus alia insecta transfor-
mantur. Curiosius ergo cuncta
observans, aliquam in ovis ru-
bicundis & nigris quo ad figuram
differentiam deprehendi : utut
enim

enim eadem omnia ratione , ex pluribus quasi annulis simul junctis composita viderentur ; annuli tamen illi in nigris quam rubicundis magis exsculpti , magisque conspicui erant , cum rubicunda quasi polita viderentur , & in altero extremorum certâ quadam exigua concavitate destituerentur , quæ in nigris manifesta , & concavitati malorum medicorum , ubi à ramis decerpta sunt , non multum dissimilis erat. Separatis his ovis , unumquodque genus seorsim diverso vase vitreo , chartâ bene munito excepti , & exactis octo diebus ex quocunque ovo rubicundo , rupto putamine , musca prodibat coloris cinerei , torpida , stupens , & ut ita dicam , adumbrata , imperfecto adhuc ope-

re, & alis nondum exertis, sed
quæ intra octavam horæ partem
sensim explicatæ, pro modo il-
lius corpusculi, intra idem tem-
poris spatium ad debitam & na-
turalem partium symmetriam
reductæ, ac jam plane formatæ
dilatabantur; & musca, deposi-
to livido illo colore cinereo,
viridem, maxime vividum, &
mirum in modum radiantem
assumpserat, totumque corpus
ita increverat, ut impossibile
videretur illud exiguo illo pu-
tamine comprehendi potuisse.
At verò si hæ virides muscæ ex
ovis rubicundis octidui spatio
excludebantur; ex ovis nigris,
non nisi post quatuordecim die-
rum moram, rudes quædam &
nigræ majores muscæ prodi-
bant, prætextâ candidâ, ventre
piloſo,

pilosō , & in imo rubente ; illius generis , quas per macella & domos quotidie circa mortuas carnes vagari & bombos edere videamus : cum nascerentur deformes erant , & ad motum tardissimæ ; alis , id quod viridibus etiam , de quibus supra dictum est , acciderat , non explicatis . Nec tamen nigra illa ova omnia post dies quatuordecim excludebantur , sed erant numero plura , quæ in diem usque vigesimum cunctarentur , quo temporis articulo certum genus muscarum prodibat , cerebrosum , & à primis duabus generationibus , tam quoad magnitudinem , quam figuram plane diversum , nec à quoquam historicorum , quod ego sciam , descriptum : muscis enim ordinariis , quæ mensas

nostras frequentant multo minores sunt, alis volitant argenteis, & quæ modum corporis non excedunt: corpus ipsum prorsus nigrum, coloris ferruginei, politi & circa imum ventrem splendentis est, qua parte corporis formicarum alatarum figuram referunt, raris, & non nisi ope microscopii conspicuis tenerioribus pilis. Cornua oblonga, vel, ut naturalis historiæ scriptores vocant, antennæ in capite duæ assurgunt. Anteriores quatuor pedes ordinariam in muscis pedum structuram non excedunt, sed posteriores duo multo quam pro tantilli corporis modulo longiores, & magis crassi sunt, & ex materia crustacea, locustarum marinorum pedibus non dissimili, constant,

eun-

eundemque, sed magis vividum atque illum in modum rubentem colorem obtinent, ut ipsam etiam cinnabarim post se relinquant, punctisque candidis distinctæ, opus æmulantur ex defœcatissimo smalto constans.

Hæ diversæ muscarum generationes, ex uno solo cadavere productæ, non satisfecerunt intellectui meo, sed instar stimuli mihi fuerunt ad tentandum nova experimenta : & in hunc finem apparatus sex cistulis, sine operculo, in primam misi duos ex prædictis serpentibus, in secundam pullum majorem columbinum, in tertiam duas carnis vitulinæ libras, in quartam frustum equinæ carnis satis magnum, in quintam capum ; in sextam cor vervecis, & omnia

B 6 ho-

horarum viginti quatuor , aut paulo majore spatio vermes produxerunt : vermesque , exactis à nativitate sua quinque vel sex diebus , more solito in ova transferunt : & ex serpentinis , coloris rubicundi , & cavitate carentibus , spatio dierum duodecim muscae natæ sunt , aliæ coloris cœrulei , aliæ violacei . Ex columbinis carnibus ova alia rubicunda prodierant , alia nigra : & ex rubicundis quidem sub finem octidui muscae virides ; ex nigris vero , die decimo quarto , rupto putamine , in ea ovi parte , ubi cavitas nulla est , totidem nigri culices , cum prætexta candida prodierunt : eodemque tempore ejusdem generis culices prætextati ex ovis reliquarum car-

carnium nati sunt, hoc tame-
discrimine, quod ex corde ver-
vecis, præter prætextatum hoc
genus culicum, nonnulli etiam
coloris cærulei & violacei nati
sint.

Interim ranas aliquot flumi-
nis, excoriatas, vase vitreo ex-
cepi, & vase minime clauso,
sequenti die cuncta recogno-
scens, paucos numero vermes
inveni, qui ranas depascebant,
aliis in fundo vasis, & aqua
à carne ranarum destillata na-
tantibus. Die sequenti altero,
vermes omnes increverant, na-
tis interea infinitis aliis, qui in
aquæ superficie natantes, non-
nunquam emergendo, ex re-
liquiis ranarum cibum capie-
bant; quibus bidui spatio ab-
sumtis, natando & ludendo

per fœtidum illum liquorem
ferebantur , & quanquam mol-
les & inquinati pedibus desti-
tuerentur , tamen attollentes se-
se subsultabant , & serpendo pro
lubitu descendentes , ac circa
vitrum delati aquas repetebant ;
tandem me non animadver-
tente factum est , ut subsequen-
ti die illos in universum omnes ,
superata altitudine vitri , diffu-
gisse viderem. Eo ipso tempo-
re pisces aliquot Arni fluminis ,
qui *Barbi* vocantur , cistulæ per-
foratæ , cum opertorio æque
perforato inclusi , eâque post
quatuor horas apertâ , innu-
merabilem super piscibus ver-
mium minutissimorum multi-
tudinem , & circa juncturas cistu-
læ internas , ipsosque adeo ver-
miculos affixam & conglome-
ratam

ratam tenuissimorum ovorum seriem deprehendi , quorum alia candida, alia crocea, cum unguibus tererentur , fracto putamine liquorem reddebant candicantem , albumine ovorum ex volatilibus subtiliorem , & minus viscosum. Restitutâ in priorem statum , & postero die apertâ cistulâ , vidi , ex ovis illis omnibus natos esse vermes , & vacua liquore putamina , eo quo generata erânt hærere loco , vermesque illos quos pridie ejus diei videram , duplo majores factos esse : Et quod miraculi instar erat , sequenti die in illam magnitudinem excreverant , ut singuli septem circiter grana penderent , cum antea 25 aut 30 eorundem unius grani pondus non excederent ; sed reliqui ex ovis

ovis prodeentes, minutissimi erant, & ni^ttu, ut ita dicam, oculi, citius quicquid erat carnium in piscibus devorabant, ossibus illum in modum denudatis, ut totidem sceleta esse, & ex diligentissimi totius Europæ Anatomici manibus prodiisse vidarentur: & hi vermes, eo loco asservati, unde effugere, vel solcite id quaren-tes, non poterant, exactis à nativi- tate eorundem quinque vel sex diebus, more solito in totidem numero ova transformabantur, ex quibus postea determinato tempore muscæ prodibant virides, culicesque cœrulei; & nigri alii, prætextâ candidâ dotati: muscæ item aliæ, locustis mari- nis, & formicis alatis similes, quales supra descripsimus. Præ- ter hæc quatuor genera, octo, vel de-

decem numero muscas ordinarias vidi, quæ mensas nostras circumvolantes, bombum edunt. Et quia, exacto uno supra vigesimum die, animadvertis, ovorum nigrorum aliqua nondum exclusa esse, diversis illa vasis scorsim excepit, & exacto bidui spatio culices prodibant nigri minutissimi, quorum numerus intra aliud biduum ita adaugebatur, ut numerum ovorum quam longissime superaret. Quare aperto vase, & ruptis quinque vel sex ovis, eadem glebisprædictorum culicum illum in modum repleta inveni, ut unumquodque putamen minimum 25 vel 30, & sæpius quadraginta culices contineret: continuatisque multoties istiusmodi experimentis, nunc carne cruda, vel cocta, tauri, cervi, asini, bubali,

li, leonis, tigridis, canis, hœdi,
agni, damæ, leporis, cuniculi,
foricis, vel gallinæ, galli Numi-
dici, anseris, anatis, coturnicis,
perdicis, graculi, passeris, hirun-
dinis, apodis, vel etiam varii ge-
neris piscium, thunni scilicet,
acipenseris, piscis gladii, & la-
miæ, soleæ, mugilis, lucii, tincæ,
cancrorum marinorum, & flu-
viatilium, nec non muscularum
marinorum conchâ demitâ, sem-
per indistinctè mihi nata est,
modo hæc, modo illa species
prædictarum muscarum, & quan-
doque ex uno solo animali omne
memoratum genus muscarum
simul, & multæ præterea aliæ
generationes culicum, nigri co-
loris : quorum nonnulli usque
adeo minuti erant, ut oculis eos
assequi vix possem : & semper
super

super his carnibus , & super his
piscibus , & circa foramina ci-
stularum , non vermes modo vi-
di, sed , ut supra dictum est , ova
etiam, ex quibus vermes nascun-
tur : atque hæc ova in memo-
riam mihi revocarunt stercora ,
quæ à muscis super carnibus &
piscibus excernuntur , ex quibus
postea vermes nascuntur , id
quod optime notatum est à com-
pilatoribus vocabularii Acade-
miæ nostræ , & pariter observa-
tur à venatoribus in feris æstivo
tempore captis , nec non à ma-
cellariis , & mulierculis , quæ ut
carnes per æstatem ab his sordi-
bus conservent , in muscarium
illas recondunt , aut linteis can-
didis cooperiunt : unde non sine
magna ratione ingens Home-
rus , libro decimo nono Iliados ,
Achil-

Achillem introducit, metuentem, ne dum vindictam in Hectorem pararet, muscae vermisbus inficerent vulnera demortui Patrocli, δειδω inquit, cum Thetide loquens:

Δειδω, μη μοι πόφεξ Μενοιτίς ἀλκιμον
γὸν

Μῆμα καθδῦσαι καὶ χαλκοτύπες ὠτε-
λάσ

Εὐλαβές ἐγείρωνται, ἀεκίασωσ ἔνεκρον.
Ἐκ δ' αἰών πέφαται, καὶ ἐχρόα πάντα
σαπείη.

Id est:

*Timeo, ne mihi interea Menetii
fortem filium*

*Muscae ingressæ in impressa ære
vulnera,*

*Vermes generent, deturpentque
cadaver:*

*(Vita autem adempta est) inque
corpore omnia putrescant.*

Quare

Quare pia mater eidem promisit, divina sua potentia ab absturam sese ab illo cadavere importunum hunc muscarum gregem: & contra ordinem naturæ per integrum anni spatium illud incorruptum servaturam:

Τέκνον, μή τοι τάντας κῆ Φρεσὶ σῆσαι
μελόντων.

Τῷ μὴν ἐγὼ πειρήσω αἰλαλκεῖν ἄγεια
φύλα.

Μῆτις, ἀτὶς δέ τε Φῶταις ἀρηίφατγες
κατέδχστι.

Ην τερ γὰρ κεῖται γε πελεσφόρον εἰς
ἐνισιτὸν,

Αἰεὶ τῷ δὲ ξενικῷ γέως ἔμωεδος, οὐκ
ἀρείων.

Id est:

*Fili, non tibi haec mentibus tuis
sint curæ:*

*Ab hoc quidem ego conabor arce-
re improba examina*

Mu-

*Muscas, quæ viros bello necatos
comedunt.*

*Etsi enim jaceret solidum per an-
num,*

*Semper huic erit corpus inte-
grum, vel etiam melius.*

Hinc dubitare cœpi, utrum omne hoc vermium in carne genus, ex solo muscarum semi-ne, an ex ipsis putrefactis carni-bus oriretur : tantoque magis confirmabar in hoc meo dubio, quanto in omnibus generatio-nibus, meâ operâ factis, sæpius videram, in carnibus, antea quam verminare inciperent, resedisse ejusdem speciei muscas, cuius propago postea nascebatur. Sed vana fuisset, nullo experimento firmata dubitatio. Quare medio mense Julio, in lagenas quatuor, ori-

orificii amplioris, misi serpen-
tem unum, pisces aliquot fiuvia-
les, anguillas Arni fluminis qua-
tuor, & frustum lactantis vitu-
linæ; occlusisque postea, & opti-
me obsignatis chartâ & funiculo
orificiis, in lagenas quasque,
tantundem prædictarum rerum
demisi, non occlusis orificiis:
nec multum temporis abiit, quin
pisces & carnes horum vasorum
reliquæ verminare inciperent;
muscis, cum luberet, intranti-
bus & exeuntibus. At vero, in
lagenis occlusis nullum unquam
vermem natum vidi, utut non
unus mensis abierit, ex quo ca-
davera inserta erant. Nonnun-
quam tamen foris, in charta, ex-
crementorum aliquid, vel ver-
miculus inveniebatur, qui omni
conatu & solicitudine id agebat,
ut

ut inventâ aliquâ rimâ, intrare
in lagenam, & victum sibi quæ-
rere posset, omnibus, quæ intus
erant, jam putrefactis, fracidis,
& corruptis : piscibusque ipsis
præter spinas, in aquam fœcu-
lentam & turbidam conversis,
quæ sensim residens, tandem cla-
ra & limpida reddebatur, natan-
tibus in superficie quibusdam
pinguedinis liquefactæ guttis. Ex
serpente etiam multum aquæ
prodiit, non dissoluto cadavere,
id quod servato eodem colore
integrum & illæsum permanxit,
haud secus ac si heri recens oc-
clusum esset. Anguillæ contra
minimum aquæ dabant : sed in-
tumescentes, & inflatae, deperdi-
tâ sensim figurâ in massam quasi
glutinosam, vel gluten satis te-
nax & viscosum abibant. At ve-

ro vitulina, per multas septima-
nas arida permanxit & sicca. Nec
tamen hoc solo experimento
contentus fui, sed diversis tem-
poribus & vasis infinita alia ejus-
modi experimenta cœpi. Et ne
quid intentatum prætermitte-
rem, non semel aliquot frusta
carnis sub terra sepeliri & humo
optime contegi curavi, nullis un-
quam, post plurium septimana-
rum in terra moram, generatis
vermibus; cum carnes reliquæ
omnes, in quibus muscæ dese-
derant, vermes produxissent. Et
maxime dignum consideratione
est, quod interanea trium capo-
rum, quæ mense Junio in cu-
curbitam vitream, colli satis
longi, & aperti conjecteram, ibi-
dem verminarint; & cum ver-
mes exire, propter nimiam alti-

C tudi-

50 FRANC. REDI
tudinem colli , non possent , re-
cidentes in fundum cucurbitæ ,
& ibidem morientes , muscis cibi
& nidi loco fuerint , ubi non per
omne modo æstatis tempus , sed
in exeuntem usque Octobrem
vermes produxerunt . Fuit etiam ,
cum non exiguam vermium , in
bubalina carne generatorum , co-
piam , necari , & partim in vase
clauso , partim in aperto seponi
curarem : & in vase quidem
clauso nihil unquam generaba-
tur : at vero in altero illo ver-
mes nascebantur , qui in ova
transmutati , tandem in muscas
ordinarias abibant : idemque
prorsus accidit , cæsis non mini-
ma copia muscis ordinariis , ea-
demque ratione sepositis . Et
enim in vase clauso nihil un-
quam natum vidi , at vero in
vase

vase aperto vermes nascebantur,
ex quibus, in ova transmutatis,
muscæ prodibant, ejusdem cum
illis speciei, ex quibus nati erant
vermes. Hinc facile conjecturam
capere poteris, doctissimum, &
quavis maxima laude dignissi-
mum P. Athanasium Kircherum,
æquivoci loco habuisse, cum li-
bro duodecimo Mundi subter-
ranei experimentum proponit,
generandi muscas ex earundem
cadaveribus. *Muscarum cada-
vera, inquit, homo virtuosus, col-
lige, eaque prius aquâ mellitâ non-
nihil macerata supra laminam
æneam impone, deinde laminam
chymico more supra cinerem aut
arenam calore lento, carbonibus
suppositis, aut etiam fino equino
tepefactam expone, & videbis pri-
mo microscopij ope insensibiles*

C 2 quoſ-

quosdam vermiculos nasci, deinde alis assumptis sensibiliter in muscillas, & tandem ad sensum crescentes in perfectas muscas animali. Ego vero mihi persuadeo, aquam mellitam tantum inseruire alliciendis viventibus muscis, ut his cadaveribus pastæ, semen suum in illis relinquant: & parum aut nihil referre puto, an vase æreo excepta cadavera, ad tepidum calorem cinerum admoveantur, nec ne. Etenim semper, & in omni loco ex cadaveribus vermes, ex vermibus muscae nascentur; tantum ut à muscis ipsis vermes, aut vermium semina generata sint. Ego jam non capio, quomodo hi, à Kircherio descripti subtilissimi vermes, in parvas muscas convertantur, antequam per aliquot dies

dies in ova transierint: & multo minus capio, (ingenue confiten-
do ignorantiam nicam) quomo-
do hæ muscæ, cum usque adeo
exili corpore nascantur, postea
increscant. Etenim omnes mu-
scæ, culices, & papiliones, ut
millies vidi, ea magnitudine ex
ovis suis prodeunt, quam toto vi-
tæ decursu servant. Sed ah! quam
hoc solo experimento, male con-
siderato, muscarum renatarum,
ex cadaveribus muscarum, gau-
derent, vel, ut ita dicam, sese
efferrent, qui suaviter fibi per-
suaserunt, mediante fermenta-
tione, vel quo alio simili, aut
magis peregrino labore, ex car-
ne humana posse resuscitari ho-
mines. In ea opinione sum, ma-
ximi id illis fundamenti loco
futurum, & ubi id per vanam

54 FRANC. REDI
gloriosam jactantiam enarras-
sent, exclamaturos illos fuisse:

*Così per gli gran savi si confessa,
Che la Fenice muore, e poi ri-
nasce:*

Id est:

*Ita patentibus sapientissimis
Phœnix mortuus renascitur.*

Hinc forte ad capiendum incre-
dibile illud experimentum , à
non uno haec tenus tentatum , se-
se composuissent , sicut jam ante
nugatorie loquentes audivi. Sed
preium non est , ridiculas illo-
rum nugas refutasse : Etenim , ut
Martialis ait ,

*Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.*

Idque tanto magis , quanto ce-
leberrimus P. Athanasius Kir-
cherus , libro undecimo Mundi
sub-

subterranei , magis præclare , & solidis rationibus refutavit stultitiam nugatoris Paracelsi , qui copiose admodum docere voluit , ridiculam methodum , generandi homunciones , in vasis Chemicorum . Magis me offendunt , qui altissimum fidei Christianæ , de corporum resurrectione , mysterium , his & similibus nugis atque conjecturis æstiment . Ex eorum numero Georgius Pisida , homo Græcus est , qui resurrectionem corporum urget , adducto exemplo Phœnicis : & inclytus famâ , ac celeberrimus Dominus Digbi , exemplo cancrorum marinorum , qui ex suo sale , Chemice præparato renascuntur . Ah ! sancta illa , & profunda fidei nostræ mysteria , ab humano ingenio comprehen-

C 4 hendi

hendi non possunt, nec pari passu
cum naturalibus causis ambu-
lant, sed specialia & mirabilia
opera Dei sunt, quem si omnipo-
tentem credimus, reliqua omnia
facillime, & clausis oculis cre-
di possunt & debent, & oculis
clausis creditæ melius intelligun-
tur, ut recte nobilissimus Poëta
Italus cantat:

*I segreti del Ciel sol colui vede,
Che serra gli occhi, e crede.*

Id est:

Secreta cæli ille solus videt, qui clau-
dendo oculos credit.

Sed transmissa hac longa di-
gressione, ut ad propositum re-
deamus, necessum est, ut tibi
dicam, quanquam sufficienter
mihi videbar quasi manibus pal-
passe, ex carnibus animalium
mor-

mortuorum, nisi ab aliis viventibus animalibus semen afferaatur, nulos vermes generari; tamen ut omnis tolleretur dubitatio, nec locus esset oppositioni, quam quis occasione vasorum occlusorum formare poterat, ac si aëris ambiens nec intrare, nec exire, nec innovare se se liberè posset, aliud experimentum tentandum duxi, mittendo carnes & pisces in vas capacissimum, & ut aëris eo penetrare posset, vas ipsum, subtilissimo velo Neapolitanō obseratum, in arcu lam, arcendis muscis aptam, & ejusdem generis velo Neapolitanō obductam, inclusi: nec tamen super his carnis, & super his piscibus, vel unicus vermis visus est: non raro tamen plures in superiore veli & arcu lāe facie circumvagari

C 5

vide-

videbantur, qui odore carnium illecti, quandoque per subtilissima foramina expansi veli in articulam penetrabant, & si quis segnior in eximendis illis fuisset, forte in vas ipsum penetraffent; tanto studio & industria id agebant, ut per vim eò devenirent: & aliquando observavi, duos vermes, posteaquam primum velum feliciter transmiserant, & jam in secundo, quo orificium vasis occludebatur, hærerent, tanto nisu id egisse, ut jam dimidia parte corporis velum illud secundum pertransierint, & parum aberat, quin carnibus illis se se explevissent. Et jucundissima res erat, interea vidisse, muscas maiores circum circa volitando, & bombum edendo, per vices super primo velo residere,

dere, ibidemque vermes depo-
nere : & animadverti harum
muscarum aliquam sex septem-
ve vermes singulis vicibus ibi
reliquisse ; aliam in aëre, ante-
quam velum tetigisset , eos emi-
fisse : & hæ fortassis illius gene-
ris fuerunt , de quo Scaliger nar-
rat , fortuito sibi evenisse , ut
musca major ab ipso capta , ei-
dem intra manum exiguos ali-
quot vermes relinqueret : & hinc
ille argumentatur , muscas ge-
neraliter omnes , non ova , sed
vermes generare viventes : sed
quam egregiè doctissimus ille
vir falsus sit , ex iis , quæ supra
dicta sunt , sufficienter apparent .
Et certe , muscarum aliquot ge-
nerationes vivos vermes pariunt ,
reliquis non nisi ova deponen-
tibus : cuius rei certiorem me-

fecit experientia , & factum ipsum. Nec me ullo modo convincit, reverendum, sapientissimi Patris, Honorati Fabri, Societas Jesu, testimonium , qui vir contrarium ejus quod Scaliger affirmabat statuit, libro de generatione animalium : nimirum, muscas semper ova , nunquam vermes parere. Et fieri sane potest, (quod neque nego, neque affirmo) ut eadem muscarum species nonnunquam ova , & aliquando vermes producat, & quod naturâ suâ forte semper ova parerent, nisi anni tempus maturativum aliud in corpore produceret, vermes scilicet vivos , & se moventes, ut millies vidi.

Fallitur similiter accuratissimus Johannes Sperlingius, in sua Zoologia scribens, hos vermes,

non

non à muscis ipsis generari , sed ex stercore earundem nasci : & ut rationem reddat , subjungit falsam hypothesin : *Ratio hujus rei animis candidis obscurā esse nequit : muscæ enim omnia liguriunt , vermiumque materiam una cum cibo ipso assumunt , assumtamque per alvum reddunt.* Non observavit Sperlingius , id quod observare quis potest , nimirum in muscis repositorium ovorum in duas cellas divisum esse , quarum unâ ova , simus alterâ continetur , sed ita ut utrumque per communem quandam canaliculum excernatur , idque tanta copia , ut impossibile videatur : nonnullæ enim muscæ virides usque adeo fœcundæ sunt , ut quælibet illarum ducenta ova reddere possit. Erravit ita-

que Sperlingius, credendo vermes muscarum ex stercore earundem nasci. Sed cum Sperlingio forte etiam erravit doctissimus P. Athanasius Kircherus, qui opinionem fovet, à Sperlingii opinione non multum diversam. Nec minus, quam hic celeberrimi scriptores, à vero abit, summæ virtutis homo, & mihi inter amicos charissimus, qui muscam, telæ involutam, ad quemvis aranei morsum vermem excernere videns, in eam devenit opinionem, morsum aranei illam habere virtutem & potentiam, ut corpora muscarum verminare faciat. Ergo, secundum ea quæ dixi, nullum corpus mortuum verminat.

Quomodo ergo verum esse poterit, quod scriptores referunt,

apes

apes ex carnibus tauri putrefactis
nasci, ideoque à Græcis, refe-
rente Varrone, vocatas esse
βεγύρας. Nugæ sunt, antiquitus
casu ab hoc vel illo inventæ, &
ab aliis postea pro veris habitæ,
ac non sine additamento aliquo
in literas relatæ: neque enim
autores eundem omnes modum
hujus miraculosæ generationis
proponunt, nec ipsis inter se sa-
tis convenit. Columella nolle
sese temporis jacturam facere
declarat, Celso adhærens, qui
nunquam interitum genus
apum, ideoque supervacuum
credidit, in taurorum visceribus
illas quærere. Mago tamen, à
Columella citatus, solum tauri
ventrem ad hoc opus sufficere
docet: & Plinius adjungit, ne-
cessum esse, ut fimo tegatur.

Anti-

Antigonus Caristius, in suo ope-
re mirabilium narrationum , in-
tegrum juvencum sub terra sepe-
liri voluit , ita tamen , ut cornua
emineant , ex quibus , suo tem-
pore resectis , apes (ut ipse qui-
dem dicit) prodeant . Antigono
maximam partem Ovidius libro
primo fastorum adhæret :

*Qua, dixit, repares arte requi-
ris apes ?*

*Obrue mactati corpus tellure ju-
venci;*

*Quod petis a nobis, obrutus ille
dabit.*

*Iussa facit pastor, fervent exa-
mina putri*

*De bove : mille animas unane-
cata dedit.*

Varro , libro secundo & ter-
tio rusticorum negotiorum , non
de-

declarat , an necessario sepe-
liendus sit juvencus , vel suffi-
ciat eundem supra terram pu-
tredine. Ac ne Columella qui-
dem de hac re agit , non ma-
gis quam Ælianus , libro secun-
do historiæ animalium : & Ga-
lenus capite quinto , illius libri ,
quo queritur , sintne animalia ,
quæ utero continentur , tacet.
Virgilius tamen Georgicorum
quarto , sub finem , in ea opinio-
ne fuisse videtur , ac si necessaria
sepultura non sit , sed sufficiat
eundem in sylvis & libero aëre
relinqui.

*Quattuor eximios præstanti cor-
pore tauros ,*

*Qui tibi nunc viridis depascunt
summa Lycei ,*

*Delige , & intacta totidem cervice
juvencas .*

Quat-

*Quattuor his aras alta ad delu-
bra Dearum
Constitue, & sacrum jugalis de-
mitte cruorem,
Corpora que ipsa boum frondoso
desere luco.*

Et successive :

*Post, ubi nona suos Aurora in-
duxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumque
revisit.*

*Heic verò subitum, ac dictu mi-
rabile, monstrum
Adspiciunt : liquefacta boum per
viscera toto
Stridere apes utero, & ruptis
effervere costis,
Immensasque trahi nubes : jam-
que arbore summa
Confluere, & lentis uvam demit-
tere ramis.*

Nec

Nec multo ante dixerat, ne-
cessum esse, ut locus eligeretur
in uro septus, & coopertus.

*Exiguus primum, atque ipsos
contractus ad usus
Eligitur locus: hunc angustique
imbrice tecti,
Parietibusque premunt arctis, &
quattuor addunt,
Quattuor à ventis obliqua luce
fenestras.*

Sed Juba Lybiæ Rex, apud Florentinum, libro decimoquinto institutionum agriculturæ, attributarum Constantino Pogonato Imperatori, vitulum in arcam ligneam includi voluit: quod tamen Florentinus, ut videtur, non approbavit, sed Democritum, Varronem, & Virgilium secutus, affirmat, hoc opus

opus perficiendum esse, in domo, hunc in finem specialiter præparata : & modum ejus rei, de die in diem, à principio ad finem usque describit. Inde sub-jungit, plebeculam, vel vulgum apum, ex tauri carnibus nasci: sed Regulos, in cerebro & spinali medulla generari : majo-res tamen, pulchriores, & magis fortes esse, qui ex cerebro prodeunt. At vero, quoad numcrum dierum, quibus opus hoc absolvitur, quam longissime abit à Virgilio, qui non nisi novem dies requirit, cum ille ad triginta duos ascendat : Et Joannes Ruccellaius, in elegantissimo suo carmine de apibus, silen-tio hanc rem transigit, utut reliqua hujus magisterii diffuse de-scribat :

Ma

Ma però (inquit) s' elle tive-
nisser meno

Per qualche caso , e destituto
fossi

Dalla speranza di potere averne
D' alcun luogo vicino ; io voglio
aprirti

Un magistero nobile, e mirando ;
Che ti farà col putrefatto sangue
De i morti Tori ripararle anco-
ra ;

Come già fece il gran pastor
d Arcadia

Ammaestrato dal ceruleo Vate,
Che per l' ondofo mar Carpazio
pasce

Gli armenti informi de le orribil
Focche

Perciò , che quella fortunata
gente ,

Che beve l' onde del felice fiume ,
che

Che stagna poi per lo disteso piano
 Presso al Canopo, ove Alessandro
 il grande
 Pose l'alta Città, ch' ebbe il suo
 nome.

La quale ha intorno se le belle
 ville,

Che la riviera de le salubri onde
 Riga, e le mena le barchette in-
 torno;

Questo venendo lunge fin dagl'
 Indi,

Ch' anno i lor corpi colorati, e
 neri,

Feconda il bel terren del verde
 Egitto,

E poi sen va per sette bocche in
 mare.

Questo paese adunque intorno al
 Nilo

Sa il modo, che si dee tener, chi
 vuole

Ge-

Generar l'api, e far novelli esa-
mi.

Primieramente eleggi un picciol
loco,

Fatto, e disposto sol per tale ef-
fetto,

E cingi questo d'ogni parte in-
torno

Di chiusi muri, e sopra un picciol
tetto

D'embrici poni, ed indi ad ogni
faccia

Apri quattro finestre, che sian
volte

A i quattro primi venti, onde
entrar possa

La luce, che suol dar principio, e
vita,

E moto, e senso à tutti gli ani-
manti;

Poi vò, che prenda un giovanetto
toro,

Che

Che pur' or curvi le sue prime
 corna,
 E non arrivi ancora al terzo
 Maggio,
 E con le nari, e la bavosa bocca
 Soffi mugghiando fuori orribil
 tuono;
 D' indi con rami ben nodosi, e
 gravi
 Tanto lo batterai, che caschi in
 terra,
 E fatto questo chiudilo in quel
 loco,
 Ponendo sotto lui popoli, e salci,
 E sopra cassia, con serpillo, e
 timo,
 E nel principio sia di Primavera,
 Quando le grue tornando à le
 fredde alpi
 Scrujion per l' aëre liquido, e
 tranquillo

La

La biforcata lettera de i Greci,
In questo tempo dale tenere ossa
Il tepefatto umor bollendo on-
deggia,

(O potenza di Dio quanto sei
grande,

Quanto mirabil) d' ogni parte
allora

Tu vedi pullular quegli anima-
li,

Informi prima, tronchi, e senza
piedi,

Senz' ali, vermi, e ch' anno ap-
pena il moto.

Poscia in quel punto quel bel spir-
to infuso,

Spira, e figura i piè, le braccia,
e l' ale,

E di vaghi color le pinge, e in-
aura.

Ond' elle fatte rilucenti, e belle

D Spie-

*Spiegano all' aria le stridenti
penne;
Che par, che siano una rorante
pioggia
Spinta dal vento, in cui fiam-
meggi il sole;
O le saette lucide, che i Parti
Ferocissima gente, ed ora i Tur-
chi
Scuotonda i nervi de gl' incur-
vat' archi.*

Id est:

At vero si aliquo casu jacturam ea-
rundem feceris, & spe destitutus sis,
posse te ex loco vicino copiam earum
petere, magisterium tibi nobile & mi-
randum aperiam, cujus beneficio ex
putrefacto sanguine mortui tauri re-
parare illas possis: ut olim magnus Ar-
cadiæ pastor fecit, edoctus à cœruleo
vate, qui per undosum mare Carpa-
tium informia armenta horribilium
phocarum pascit. Quare fortunata illa
gens, quæ undas felicis illius fluminis
bibit,

bibit, quod Canopum usque per extensum planum stagnat, ubi Alexander Magnus altam urbem posuit, quæ de suo nomine vocatur, & circumcirca egregias urbes habet, quas salubrium undarum fluvius rigat, & naves actuarias eo undique adducit. Hic fluvius procul, atque ab Indis usque proveniens, qui corpora habent colorata & nigra, fœcundat optimum agrum viridantis Ægypti, & post per septem ostia in mare progreditur. Hæc ergo regio, Nilo contermina, modum novit, quem observare debet, quicunque apes generare, & nova examina producere voluerit. Primo exiguum locum elige, ad hunc solum effectum destinatum, & factum, & hunc undique clausis muris cinge, ac levi tecto ex imbricibus tege, & deinde in quovis latere fenestras quatuor aperi, quæ quatuor primarios ventos respiciunt, ut lux intrare possit, quæ omnibus animantibus principium & vitam dare solet, nec non motum, & sensum. Postea volo, ut taurum capias juvenem, qui modo prima sua cornua incurvet, nec tertium Majum attigerit, & naribus simul, & ore spumante mugiendo, horribilem sonum efflet. De-

D 2 inde

inde ramis bene nodosis & gravibus il-
lum tantisper verberabis, donec in ter-
ram procidat, quo facto illum in hunc
locum includes, supponendo eidem po-
puli ramos & salicis, & superiora cor-
poris tegendo cassia, serpillo, & thymo.
Et sit in principio Veris, quando grues
repetentes frigidas Alpes, in aëre liqui-
do & tranquillo, describunt bifurca-
tam literam Græcorum. Hoc tempo-
re tepefactus humor tenerorum ossium
bulliendo undat. (O potentia Dei,
quam magna, quam mirabilis es!) Ab
omni parte tunc hæc animalia pullula-
re videbis, informia primo, trunca, &
sine pedibus, sine alis, vermes, qui vix
moventur. Postea bellus ille spiritus
infusus momentanee spirat, & pedes,
brachia, & alas format, & jucundis
coloribus illas tingit, & inaurat: unde
reluentes & formosæ factæ, stridentes
pennas in aëre ita explicant, ut speciem
referant rorantis, & actæ à vento plu-
viæ; vel sagittæ lucidæ, quas Parthi
ferocissima gens, & nunc Turcæ nervis
incurvatorum arcuum excutiunt.

Non defuerunt inter Græcos
& Latinos Poëtas, qui hanc apum
nati-

nativitatem innuerent, specialiter Philander Cous, Ptolomæi Philadelphi magister, Archelaus Atheniensis, vel Milesius, citatus à Varrone, Philo Tarsensis, in descriptione famosissimi sui antidoti, Georgius Pisida, Nicanter, & belle admodum Ovidius, libro decimo quinto Metamorphoseos:

*I quoque, delectos maestatos ob-
rue tauros :*

*(Cognita res usu) de putri vi-
scere passim*

*Florilegæ nascuntur apes, que
more parentum*

*Rura colunt, operique favent, in
spemque laborant.*

Idque multi etiam confirmant, qui soluta oratione scripserunt, inter quos videndus est Origenes,

nes, Plutarchus in vita Cleomenis secundi, Philo Hebræus, in tractatu de victimis : & his antiquis adhærent omnes Philologi & Philosophi moderni, fabulam hanc pro vero admittentes, & huic fundamento sæpius maximas machinas imponere conantes. Quin sublimis ille scriptor, & moderni seculi fulgidissimum lumen Petrus Gassendus hoc pro vero narrat, & quia observaverat Virgilium præcipere, ut talis operatio principio Veris, & antea quam herbæ flores producant, fiat :

*Hoc geritur, Zephyris primum
impellentibus undas,
Ante novis rubeant quam prata
coloribus: ante
Garrula quam tignis nidum su-
spendat hirundo.*

Opti-

Optima ratione niti hoc monitum ait, cum juvencus, eo tempore, herbis vivat, vario semine gravidis, ex quo semine postea flores prodiissent. Et subjicit, eundem Virgilium & Florentinum non minus optima ratione præcipere, ut mortuus juvencus strato ex cassia & thymo imponatur: cum cassia & thymus semina contineant, generationi apum aptissima, quæ plane spirituosa, & odorifera, penetrando in putredinem cadaveris, illud disponant ad induendam formam industrii illius animalculi.

Multi hanc opinionem imbiberunt, è quorum numero sunt Petrus Crescentius, Ulysses Aldrovandus, Fortunius Licetus, Hieronymus Cardanus, Thomas Moufetus, Johannes Jonstonus,

Franciscus Osualdus Grembs,
Thomas Bartolinus, Franciscus
Follus, inventor illius instru-
menti, quo humida & sicca aë-
ris temperies cognoscitur, & cu-
riosissimus Philippus Sachs, qui
in erudita sua *Gammarologia*
totis viribus id agit, ut senten-
tiam illam *ceu veram adstruat:*
& quanquam Johannes Baptista
Sperlingius sagax admodum &
diligens scriptor, in sua *Zoolo-
gia sapienter dixerat, cum ma-
gna & pestifera lue tota armen-
ta morerentur, in districtu Wit-
tenbergenfi nunquam visam, ne
nec observatam fuisse, illam
apum factitarum generationem;*

Sachs tamen, vocato in subsi-
dium Gerardo Johanne Vossio
libro quarto de *Idololatria*, re-
spondet, id potuisse evenire, ob
fri-

frigiditatem illius regionis, generationi & nutritioni horum volantium insectorum minus aptæ. Ipse etiam P. Athanasius Kircherus, verissimam esse hanc artificiosam apum generationem credit: quin libro duodecimo mundi subterranei docet, ex stercore bovino vermes pullulare, instar bruchorum, qui brevi alas explicantes, in apes transmutantur. An commendabilis hic autor unquam occulte illius rei experimentum fecerit, nescio: id bene scio, quod ex stercore bovis, aut alterius cuiuscunque animalis, quoties illud in loco aper-to detentum à me est, toties sem-per, tam Veris, quam Æstatis & Autumni tempore, nati sint ver-mes; & quod ex vermibus pro-dierint muscæ & culices, non

D s apes.

apes. At vero ubi loco ita clauso illud detinui, ut intrare muscæ & culices, & ova sua ponere non possent, nihil omnino natum vidi. Atque hinc evidenter apparet, quam sine ratione Fr. Albertus Germanus, cognomento Magnus, affirmaverit, ex stercore putrefacto muscas nasci. Sed ut filum nostrum prosequamur, ad illud redeo, infinitos esse modernos authores, qui sibi persuadent, apes ex carnibus taurinis vitam trahere. Doctissimus P. Honoratus Faber, in libro de generatione animalium id sibi persuadet, cuius celeberrima opera nulla unquam tenebris obducet oblivio. Possem enumerare plures alios, nisi mihi respondendum esset nonnullorum calumniis, qui ferociter id mihi sug-
ge-


gerunt, quod decimo quarto capite sacrosancti libri Judicum legitur, Samsonem in vineis Thamnatæ occidisse leonem, & cum rediens cadaver videre vellet, invenisse examen apum ibidem mellificantium: quo inductus Thomas Moufetus, in suo theatro insectorum scripsit, apum alias ex taurina carne nasci, & vocari *ταυρογενεῖς*, *taurigenas*, iterumque alias ex carnibus leoninis, & vocari *λεοντογενεῖς*; *leonigenas*, & has omnium generosissimas esse: atque hinc evenire, ut dum paternæ semina ferociæ illis in præcordia red-eunt, intrepide, si irritentur, ipsos etiam homines invadant, & quodvis magnum animal interimant, testante Aristotele, & Plinio, occisum ab illis equum.

D 6 Hinc

Hinc fortis, maximeque terribiles inimici, in Sacrosanctis libris comparantur cum apibus, specialiter apud Isaiam : *Sibilabit Dominus api, quæ est in terra Assur*, id quod Chaldæus redidit : *Dominus vocabit potentissimos exercitus, qui fortis sunt, velut apes, & illos conducet de confiniis terra Assyriæ*. Et Rabbi Salomon, explicans hunc locum, dicit : *Vocabit apes, id est exercitum hominum fortissimorum, qui velut apes percutiant.*

Hanc difficultatem consideravit eruditissimus & sapientissimus Samuel Bochartus, parte secunda celebris sui Hierozoici, & sapienter ab illo responsum est, verum esse, quod in leone ab occidente suo inventæ fuerint apes : sed hinc argumentandum non

non esse , quod ibidem natæ fuerint : nec sacer textus hoc dicit : sed ex sacro textu hoc desumi potest , mortuam hanc bestiam , eo tempore , quo Samson illam videre voluit , non cadaver , ut ita dicam , sed sceleton fuisse , nudatis ab omni carne ossibus : & sceleton intelligi voluit Syriacus interpres



corpus exsiccatum.

Subjungit postea idem Bochartus , ex leone bene potuisse fieri aridum & nudum sceleton , cum Samson non redierit ad videntem illum , ut in sacro textu legitur , nisi *post dies* , id est , post annum : & hunc modum loquendi , ut *per dies* annus intelligatur , scripturæ sacræ , familiissimum esse : & docte multa loca allegat , quæ brevitatis causa

D 7 trans-

transmitto. Quod si Samson non nisi post annum rediit ad videntem hoc cadaver, verisimile est, illud tum temporis nihil aliud fuisse quam skeleton, à quo apes non ita abhorrent, ut in eo non mellifcent : testis mihi Herodotus, narrans Onesilum quendam, præcisiss cervicibus, ab Amathusiis, supra portas Amathuntæ statutum fuisse, in cuius cadavere, cum exaruisset, examen apum favos suos fabricaverit, haud secus atque examen aliud in sepulcro divini Hippocratis, si Sorano credimus in vita ejusdem : & memini, me ex Francisco Albergotto Equite, & extraordinariæ eruditioñis litterato saepius audivisse, visum sibi quandoque haud exiguum examen, suspensum in cranio equi.

Aliud

Aliud hic forte dubium moveri poterat ; nimirum casu fortassis factum esse , ut apes , depascentes leonis carnes , semen ibi suum reliquerint , vel vermiculos generaverint , ex quibus postea natæ sint apiculæ , quæ in illo ossium contextu favos mellis fabricaverint , quæ opinio Franzii fuit in historia animalium , ubi de carnibus bovinis agit . Sed responderem , apes animalia esse nobilissima , fastidiosa , & delicata , quæ carnibus mortuis non modo non vescuntur , sed ne pedem quidem in illis figunt , & supra quam credi potest easdem aversantur . Sæpius , vario tempore , & diversis in locis ejus rei periculum feci , affigendo frusta carnis supra & circum alvearia , sed nunquam apes accedere ad carnes

carnes voluerunt. Quod si id mihi plane credere non vis *D. Carole*, fidem Aristoteli adhibe, cap. x L. lib. ix. historiæ animalium; crede Varroni, Didimo, qui Varronem exscripsit, Emanueli Philo, homini Græco qui totum ferè opus suum ex Æliano desumisit, & Michaëlis Curopalatæ, vel Michaëlis Balbi, Imperatoris Constantinopolitani tempore floruit:

*Kαὶ ζῆ μὴν ἀγνὸν οὐ σοφὴ σχέδιον βίον,
Ἄγθος τὸ δὲ νεκρικῶν σωτηριαῖτων.*

Et vivit quidem illa sapiens puram fere vitam,

Non gustans mortalia frusta.

& tandem Plinio, qui libro undecimo scriptum reliquit : *Omnes carne vescuntur, contra quam apes, quae nullum corpus attingunt.*

Sed bonus Plinius, immemor forte eorum quæ scripserat, sibi ipsi

ipſi contra dicendo, capite xiv.
libri vigesimi primi refert: *Sic i-
bus deesse censeatur apibus, uvas
passas, siccasve, ficosque tusas ad
fores earum posuisse conveniet.*
*Item lanas tractas madentes passo,
aut defruto, aut aqua mulsa. Galli-
narum etiam crudas cares.*

Considerando manifestam
hanc contradictionem Plinii, ſæ-
pius timui, ne libro vigesimo pri-
mo aliquis in scripture error eſ-
ſet: sed hoc dubio liberatus sum:
etenim collatis in hoc paſſu plu-
ribus celebriorum Italiæ biblio-
thecarum manuscriptis exem-
plaribus, in omnibus eadem ver-
ba conſtanter inveni: haud aliter
atque in antiqua illa editione
Romana, anni 1473, & Parmensi,
anni 1480, hac tamen differen-
tia, quod impressi omnes habent:

Gal-

Gallinarum etiam crudas carnes:
cum manuscripti ut plurimum,
& observationes Pinciani le-
gant : *Gallinarum etiam nudas*
carnes. Quæ melior lectio sit,
Critici judicabunt. Ego credo
Plinium scripsisse *crudas carnes*,
idque didicisse à Columella, qui
capite decimo quarto libri noni
docet, deficiente apum cibo,
nonnullis in usu fuisse, ut aves
mortuas, non deplumatas, in
alvearia immitterent. Verba ejus
hæc sunt: *Quidam exemptis inte-*
raneis occisas aves intus inclu-
dunt, quæ tempore hyberno plumis
suis delitescentibus apibus præbent
temporem: tum etiam si sunt assu-
pta cibaria, commode pascuntur
esurientes, nec nisi ossa earum re-
linquunt. Sed mira res est, ita
prurire scriptores, ut alii aliis
con-

contradicant : & hinc forte est ,
quod Petrus Crescentius voluit ,
ut apibus fame laborantibus , non
caro cruda , sed pullus gallina-
ceus assatus apponenteretur . *Quan-*
do (inquit) mellis inopia laborant ,
id quod pondere aut visu cognos-
citur , si infra introspicias , vel
quod melius est , facto foramine
supra mediam alvearis partem ,
& immissa festuca pura , mel ipsis
exhibe , vel pullum assatum , aut
alias carnes . Ut ergo Plinii dicta
constent , crederem apes , nisi
inopia & fame laborantes , car-
nibus non vesci , & hoc est , quod
Columella prædicto capite de
mortuis avibus agens , dixit : Si
autem favi sufficiant , permanent
illibatæ . Quin Columella opti-
me novit , rem forte vanam , &
contra naturam apum esse , car-
næs

nes illis cibi loco exhibere , id-
coque subjungit : *Melius tamen
nos existimamus, tempore hyber-
no fame laborantibus , ad ipsos
aditus in canaliculis , vel contu-
sam , & aqua madefactam sicum
aridam, vel defrutum, aut passum
præbere.* Idemque forte credide-
runt Varro , Virgilius , & Pala-
dius , qui deficiente melle nul-
lam carnium apibus submini-
strandarum mentionem faciunt.
In summa , apes diversam à cra-
bronibus & vespis naturam ha-
bent , quibus frequens est avide
gustare , quicquid carnium aut
cadaverum illis apponitur , ut
sæpius expertus sum : nec edisse
contentum est hoc genus infe-
ctorum , sed carnes radendo , &
globulos formando, partem for-
taffis aliquam secum in nidos
suos

suos deferunt : & usque adeo
gulosa sunt hæc animalcula , ut
cibi gratia nonnunquam viva
animalia aggredi audeant. Et
Thomas Moufetus in theatro in-
sectorum narrat, observatum esse
in Anglia, quod crabro passerem
persequens , & punctim feriens,
mortuo illo , sanguine sese satu-
raverit. Nec carnibus humanis
parcunt : atque inde est , quod
Cointus Smirnæus dixit, Græcos
in comitatu Neoptolemi descen-
disse in aciem, haud aliter atque
vespæ solent, quando è nidis suis
egredientes , carnibus humanis
vesci desiderant : & summus ille
Poëta , qui in divinis suis operi-
bus monstravit , quid lingua no-
stra posset, & captato argumento
per modum fabulæ describen-
di pœnas nonnullorum , qui in
in-

introitum inferni dire puniebantur :

*Questi sciaurati, che mai non
fur vivi*

*Erano ignudi, e stimulati molto
Da mosconi, e da vespe, ch' eran
ivi;*

*Elle rigavan lor di sangue il
volto,*

*Che mischiato di lagrime, a' lor
piedi*

Da fastidiosi vermi era ricolto.

Id est :

Hi infelices magis quam vivi, nudi erant & à culicibus & vespis, quæ ibi erant valde stimulati: hæ sanguine vultum eorum rigabant, qui lachrymis mistus, & ad pedes eorum decidens, à fastidiosis vermibus colligebatur.

Avidissimæ serpentinarum carnium vespæ sunt, & si Plinio fides, hoc alimento punctiones

nes suas reddunt magis venenatas, id quod Ælianus confirmat, capite decimo quinto, libri noni, historiæ animalium, & capite decimo sexto, libri quinti, ubi narrat, certatim illas currere ad inficiendos toxicō viperæ mortuæ aculeos suos : unde humana malitia didicit veneno inficere sagittas. Et Ulysses, narrante Homero, in Odisseā, navigavit in Ephyram, ut hanc artem ab Ilo Mermerida addisceret : & de Hercule longe ante Ulyssem narratur, lethiferas eum reddidisse sagittas suas sanguine Hydræ. Nec tamen credibile est, punctiones vesparum & crabronum ideo venenatas fieri, quod carnibus indifferenter serpentinis vescuntur : sed tum demum id locum habet,
ubi

ubi aculeum suum immerserunt
in pestiferum illum liquorem,
qui in vaginis illis, quibus dentes
canini in vipera & simili serpen-
tum genere teguntur, abscondi-
tus latet, quemadmodum in ob-
servationibus meis circa viperas
indicavi. Cæterum crabrones &
vespas naturaliter istiusmodi ma-
lignam inclinationem habere, ut
vult Ælianuſ, id vero ego crede-
re nolle. Theophrastuſ quem-
admodum in fragmento libri,
quem *de animalibus qua pro in-*
vidis habentur, scripsit, & in bi-
bliothece Photiana asservatur,
legere est, sapienter affirmat, ma-
lignam istiusmodi invidiam in
nullum animal cadere quod pri-
vatum sit discursu : & si stellio
propriam cutem comedit : si vi-
tulus marinus à venatoribus ca-
ptus

ptus coagulum evomit; si equæ de fronte pelli detractum devorant fabulosum hippomane; si cervus, quod plane falsum est, dextrum cornu, ubi decidit, sub terra occultat; si linx urinam suam è conspectu hominum subtrahit; si echinus terrestris inter venatorum manus urinâ se suâ polluit, ille credit præ timore hoc fieri, vel ob quam aliam rationem, naturam eorundem proprius tangentem, non quod hominem per invidiam privare velint excrementis suis, quæ vulgo creduntur nonnullis morbis mederi, vel sagarum ridiculis actionibus interfervire. Ad imitationem Theophrasti dicerem, vespas & crabrones circum cadavera serpentum fremere, non ut aculeos suos vene-

E no

98 FRANC. REDI
no inficiant, sed ut corpus cibo
reficiant : eandemque ob cau-
sam inimicitias gerere, & culi-
ces simul & apes obstinate per-
sequi. Nec tamen ideo minus
vespæ floribus pariter & fructi-
bus, tam siccis, quam recenti-
bus, nec non uvis præsertim
Apianis vivunt, quas guloſe de-
vorant, teste Cointo Smirnæo,
& Nicandro in alexipharmacis,
nec non experientiâ quotidiana.

Quod si jam, ut dixi, falsum
est, apes ex putrefactorum tau-
rorum carne nasci, non minus
fabulosum erit, quod nonnulli
narrant, nimiriū in partibus
Russiæ & Podoliæ certum ge-
nus serpentum reperiri, quod
laetè nutriatur, & caput atque os
habeat anatinum, voceturque
zmija: hi serpentes corpora vi-
ven-

ventia in utero gerere, & postea per os parere, vel potius quotannis sensim duo minimum examina apum, lingua patria *zmijoiocki* dicta, evomere dicuntur, quæ apes multum à natura serpentina trahant, & aculeis armati sint venenatis, & fere mortiferis. Hæc relatio illis in locis pro verissima habetur, nec desunt, qui vidisse sese hos serpentes dicant: quia Parisiis quidam Dominus Szizucha, ut in literis suis mihi retulit doctissimus & eruditissimus Ægidius Menagius, hanc rem testimonio suo confirmavit. Nec tamen Dominus Menagius ei rei fidem adhibet, (sed posito verum esse, quod hi serpentes per intervalla apes evomant) id ideo evenire verisimiliter arbitratur,

E 2 quod

quod apes forte, dum melle suf-
furando occupati sunt, vivas
antea deglutierint. *Il n'y a point*
d'apparence (ait ille) *de croire,*
que ces abeilles s'engendrent dans
le corps de cette sorte de serpens;
& il est vraisemblable, que ces
serpens les ayant avalées avec
leur miel, car la plus part des ser-
pens aiment les choses douces, ils
les revomissent de suite, en étant
piquez.

Id est :

Nihil causæ est, cur credamus, apes
ea ratione in corpore serpentum ge-
nerari: & verisimile est, hos serpentes
illas cum melle deglutiisse: nam maxi-
ma pars serpentum amat dulcia, &
ubi iisdem gravatur, per vomitum ea
rejicit.

Et forte, quia semel hoc vi-
sum & observatum est, ideo lo-
cum fabula invenit, & apud
omnes

omnes fidem. Quomodo cunque se se res habeat, ego prædictis fabulis etiam hanc, utut consensu universalissimo infinitorum authorum pro vera & infallibili habeatur, ad numero, quod vespa & crabrones nativitatem suam debeant certæ carnis putrefactæ speciei.

Antigonus, Plinius, Plutarchus, Nicander, Ælianus, & Archelaus, à Varrone citatus, docent, vespas originem suam debere carnibus equinis. Virgilius id non de vespis modo, sed etiam de crabronibus fatetur. Ovidius de vespis filet, facta solum mentione crabronum:

Pressus humo bellator equus crabronis origo est.

Thomas Mousfetus refert, ex carne equorum duriore crabrones, ex teneriore vespas nasci. Sed Græci commentatores in Nicandrum, non carnibus, sed pelli hanc virtutem attribuunt: hac tamen adjecta conditione, ut lupus equum dentibus prehensum momorderit. Georgius Pachimerus affirmat, non ex pelle, neque ex carnibus, sed solo cerebro vespas nasci. Landus crabrones ex asini cerebro nasci ait. Sed Servius Grammaticus, omnia invertens, ex equis fucos, ex asinis vespas, ex mulis crabrones nasci dixit. Jam quantum ad vespas, Isidorus id restringit ad solum corium asini: Olimpiodorus tamen, Plinius, Cardanus, & Porta volunt, ex asino fucos & scarabæos nasci, non

non vespas. Horus capite vigesimo tertio, libri secundi Hieroglyphicorum, de vespis loquitur, ex carne crocodili natis: & Antigonus vigesimo tertio capite historiarum mirabilium, ex crocodilo scorpiones terrestres sponte nasci, non vespas ait. Id si carnibus hujus serpentis vere accidit, nolim me discurrendo verbis intricare, cum experimentum ejus rei non fecerim, nec facturum me hactenus credam: sed hoc in animo meo firmiter credere velim, quomodo experientia edoctus inveni falsum esse, ex muli, asini, & equi carnibus infecta omnia reliqua nasci; ita non minus fabulosum esse, ex mortuo & putrefacto crocodilo vespas oriri & scorpiones. Fabulosum

E 4 esse

esse eadem ratione pluribus & diversis experimentis deprehendi, scorpiones ex cancris marinis, sub terra sepultis, nasci posse: id quod Fortunius Lictus, Johannes Baptista Porta, Grevinus, Moufetus, Nierembergius, voluerunt, qui nimis creduli hanc doctrinam à Plinio imbibierunt, & Plinius forte ab Ovidio in Metamorphosi eam didicit:

*Concava littoreo demas si brachia cancro,
Cætera supponas terræ, de parte
sepulta
Scorpius exibit, caudaque minabitur unca.*

Sed Plinius his Ovidii dictis adjungit, unam illarum conditionum, quæ in tanta apud plenam

bem veneratione fuerunt, nimirum, ut opus hoc peragatur eo ipso tempore, quo Sol in cancro versatur : *Sole cancri signum transeunte, & ipsorum, cum exanimati sint, corpus transfigurari in scorpiones, narratur in sicco.* Huic fabulæ ne tantillum quidem fidei attribuit Thomas Bartholinus, homo, censensu omnium annumeratus maximis & celeberrimis hujus & præteriti ævi Medicis & Anatomicis, cum in litteris suis ad eruditissimum Philippum Jacobum Sachsiūm constanter affirmet, observasse sese, in tota Dania, ubi maxima cancrorum marinorum copia est, ex caderibus eorundem putrefactis, & corruptis, scorpiones non nasci. At vero Sachsius in his Bartholini dictis plane non ac-

quiescit, sed maxime possibilem
esse istiusmodi generationem
credit, subjungens, experimenta
in Daniæ regno capta nihil pro-
bare, cum regiones illæ Septen-
trionaliores omni tempore à
scorpionibus destitutæ. Ego ta-
men, pace usque adeo virtuosi,
& de bonis litteris bene meriti
viri, huc feror, ut credam, falli
forte Sachsium, & cum supra
memoratis authoribus ipsum
etiam fortassis falli Ovidium &
Plinium. Nec tamen Plinius
contentus fuit, ex cancris mari-
nis produxisse scorpiones, sed
præterea etiam voluit, ex ozi-
mo tufo, si saxo cooperiatur,
eosdem nasci: eique subsequen-
ti tempore maximam partem
adhæsit Græcus compilator præ-
ceptorum agriculturæ, qui ozi-
mum

mum non sub saxo sepelit , sed
ut mansum Soli exponatur do-
cet. Hujus opinionem sequitur
Johannes Baptista Porta. At ve-
ro Matthiolus & Licetus Plinio
adhærent , & , ut compendio di-
cam , ex modernis infiniti alii ,
& inter illos Nierembergius ,
Helmontius, Sachsius,& Kirche-
rus huic herbæ odoriferæ illam
virtutem attribuunt , haud secus
atque celeberrimus P. Honora-
tus Fabri, libro secundo de plan-
tis , capite octuagesimo quarto ,
qui in ea opinione est , ozimo
semen scorpionum , simul & di-
spositionem ad generandum ne-
cessariam inesse. Et Wolfgangus
Hofferus , à Sachsio in sua
Gammarologia citatus , narrat ,
aromatarium quendam , magis
quam alii peritum , in Austria

E 6 in-

invenisse modum artificialiter producendi has formidabiles bestias. Mense Julio & Augusto , cum Sol in cancro versaretur , ozimo optime tufo ardenter tegulam trium digitorum spatio inungebat , eamque drepente alia simili tegula obtegebatur , clausis optime juncturis luto ex equino stercore & sabulo : quibus peractis tegulam mensis unius spatio in cella detinebat , eaque post aperta , scorpiones inveniebat recens natos , quibus bonus ille homo utebatur , in omnibus illis rebus , ad quas scorpiones in re medica requiruntur.

Inveterata , utut falsa opinio , plurimum in animis hominum potest , ut jam mirum non sit , Jacobum Hollerium maximi no-

nominis Medicum , libro primo praxeos medicæ , credidisse , Italo cuidam enatum in cerebro scorpionem ob nimium odo- rem ozimi :

*Forse era ver, ma non però cre-
dibile*

*A chi del senso suo fosse signo-
re.*

Id est :

Forte verum erat , sed minus credibile ei , qui sensuum suorum dominus est.

Et si Hollerius fidem dedisset illis , quæ Galenus libro secundo de viribus alimentorum scripsit , non excidissent ei usque adeo incredibiles nugæ . Accuratus magis & providus , ideoque magis commendandus est Johannes Michael Fehrius , à doctissimo Sachio in gammarologia , citatus ,

E 7 qui

110 FRANC. REDI
qui cum apud Galenum legisset,
ex ozimo nullos generari scor-
piones, experimentum ejus rei,
servatis omnibus requisitis cir-
cumstantiis, capere voluit, & in-
venit veridicum esse Galenum,
& mendaces reliquos : quales
etiam sunt omnes illi , qui non
solo ozimo, sed à sisymbrio etiam
aquatico , & quovis ligno fraci-
do & corrupto produci scorpio-
nes affirmant. Fortunius Lice-
tus narrat, Jacobum Antonium
Martam , Neapolitanum , scor-
piones ex terra produxisse, suc-
co cæpæ illam irrigando : & u-
num ex his , vel aliud huic simi-
le fortassis erat , mirabile illud
atque grande secretum , cuius
mentionem Avicenna facit. Po-
tiores magni Aristotelis cogi-
tationes fuerunt, qui scorpiones

ex.

ex maris & fœminæ conjunctio-
ne generatos esse docet , qui ova
ut insecta reliqua non pariunt ,
sed scorpiunculos parturiunt , vi-
vos , & in sua specie perfectos : id
quod Plinius capite vigesimo
quinto libri undecimi , & Ælia-
nus libri sexti capite vigesimo
non negavit , & exacte observa-
tum est à Thoma Furenio , &
ab eruditissimo Johanne Rhodio
in suis observationibus medici-
nalibus. Ego , dum quod seque-
rer aut fugerem nihil erat , ex-
perimentum cœpi , & allatâ de
montibus Pistoiae non exigua
scorpionum quantitate , fœmi-
nas aliquot , quæ magnitudine
& ruditate à maribus haud diffi-
culter distinguuntur , selegi , &
vigesimo Julii separatim vasis
vitreis excepti , nullo eisdem sub-
mi-

ministrato cibo , quarum non nullæ ante partum moriebantur, sed una harum quinto Augusti, non undecim scorpiones, ut Plinius credidit , & Aristoteles, sed triginta octo , bene formatos , & coloris ex candido lactei peperit, qui color de die in diem magis magisque in ferrugineum mutabatur : & fœmina alia , diverso vasi inclusa , sexto ejusdem mensis, viginti septem ejusdem coloris peperit : & tam hi , quam illi , dorso matris & ventri quasi affixi videbantur : & die decimonono omnes in vivis erant, morientibus postea quotidie nonnullis , exceptis duobus , qui in quartum usque & vigesimum Augusti diem perdurarunt , coque exacto & ipsi mortui sunt. Intermedio tempore

pore videre volui, quomodo hæc insecta in utero matris ante partum sese haberent. Quare aper-
tis multis, diversum numerum inveni, nec tamen minorem vi-
ginti sex, nec majorem quadra-
ginta, qui omnes ab oblongo
filo dependentes, tenuissima,
& quasi invisibili membrana ve-
stiti erant, in qua scorpio unus
ab alio, mediante septo quodam,
tenuissimi fili speciem referen-
te, optime distinguebatur. Ea
occasione deprehendi, mini-
me verum esse, quod Aristote-
les & Antigonus Caristius nar-
rant, matres à filiis necari : &
quod Plinius scripsit, matres
filios suos omnes neci dare,
uno excepto, qui magis quam
alii callidus, in dorsum matris,
& eum sese locum recipit, ubi
à mor-

à morsu simul & aculeo caudæ
tutus esse possit : & hic scorpio,
vindicator fratum suorum pro-
priam postea genetricem suam
perimit. In eo fui , ut observa-
rem , an post primum illum par-
tum eadem mater exactis ali-
quot diebus editura esset alios ,
ad exemplum illius , quod Rho-
dius sibi evenisse narrat , qui ma-
gnum eorundem numerum ma-
gnitudine lendium vidi ; sed
adhibita omni diligentia nun-
quam id mihi contigit videre :
& quod plus est , aperto ventre
plurium fœminarum gravida-
rum , nihil ibi inveni , præter
candidum illud filum scorpio-
num ejusdem magnitudinis , &
fere semper unius ejusdemque
numeri , à viginti sex ad qua-
draginta . Fieri tamen potuit , ut
fœ-

fœminæ, quas ego præ manibus
habui, jam antea multoties pe-
pererint, & ut ego semper in ul-
timum partum inciderim: qua-
re per me cuivis liberum erit, id
credere, quod magis ei placue-
rit. Nolim tamen, Domine Ca-
role, ut credas, eam in Italia no-
stra scorpionum inopiam esse,
quam suo tempore fuisse Plinius
libro undecimo historiæ natu-
ralis innuit, dicendo: *Sæpe Psyl-
li, qui reliquarum venena terra-
rum invehentes, quæstus sui cau-
sa peregrinis malis implevere Ita-
liam, hos quoque importare co-
nati sunt: sed vivere intra Siculi
cæli regionem non potuere.* Vi-
suntur tamen aliquando in Ita-
lia, sed innocui. Sola enim ur-
bium Florentia nunc quidem in
conficiendo oleo contra vene-
na

na singulis annis quadringentas eorundem , & forte plures libras absumit. Plinium tamen non sine ratione affirmasse credo, scorpiones , qui in Italia periuntur , innoxios & minime venenatos esse , cum millies viderim , rusticos, qui eosdem dicibus canicularibus Florentiam venales afferunt , libere eos trastare , & nudis manibus in fasculis repletis versari , nullo , ac ne minimo quidem veneni metu , utut saepius aculeum eorum experiantur : & tamen hi Thusciæ nostræ scorpiones ex illorum numero sunt , qui nodos vel vertebraes sex in cauda habent , quos Avicenna magis quam reliquos venenatos esse sensit.

An autem istiusmodi scorpiones

nes dentur, qui plures vel minores quam sex vertebrae in cauda habeant, equidem ignoros, cum nullos ejus generis viderim. Id bene novi, non satis convenire super ea re inter scriptores. Plinius narrat, dari qui septem, dari qui sex internodia habeant, quorum primi, contra quam Avicenna dixit, præ reliquis magis mortiferi sint. Strabo similiter, & Talmudistæ, citati à Samuele Bocharto in Hierozoico, septem vertebrae numerant, & Nicanter certi cuiusdam generis mentionem facere videtur, quod novem vertebrae habeat.

Σφόνδυλοι ἐννεάδεσμοι ὑπερτείργοι κε-
ραῖς,

Id est:

*Vertebrae novem juncturarum
affligunt magis quam cornu.*

Græ-

Græcus tamen Scholiaستes , ut eruditissime observarunt Bochartus , Gorræus , & Aldrovanus vocem ἐννεάδεσμοι idem significare ait , quod πολύδεσμοι . Postea idem Scholiaستes subjungit : Οὐτε γέ τὸ ἔννεα δέσμυς ἔχειν ὡς Φησιν Αὐτίγονον , τὸ ἔννεαδεσμοι εἶδεν , γέ τὸ ἔννεαπονδύλυς , ὡς Φησι Δημήτει . τὸς γόνωνδύλυς δὲ σκόρπιος ἀλείψ εἶχων τὴν πλάτην ὁράτην , αἰλαγὸν αὐτὸς απανίγει , καθάρισιν Απολλόδωρον , Id est : Utitur voce ἔννεαδεσμοι , non quod scorpiones novem juncturas habeant , quemadmodum Antigonus ait : nec quia novem vertebras habeant , ut vult Demetrius : nullienim unquam scorpiones visi sunt , qui plures quam septem vertebras haberent , & hi quidem raro , ut Apollodorus scribit . Et ut Bochartus has cogita-

gitationes Scholiaстis probet, plurima ex variis scriptoribus loca adducit, quæ brevitatis causa transmitto, quando ea apud maximum illum scriptorem sæpius vidisti.

Illud tamen tibi dicam, quod quemadmodum scorpiones Italiæ, quos ego quidem viderim, sex tantum vertebras, spondylos sive nodos in cauda habent: ita nec Ægyptios plures quam sex habere, ut videre mihi licuit, in illis, quos Magno Duci, Domino meo, anno 1657 ex illis locis transmiserunt. Nec tamen exigua inter Ægyptios & nostrates differentia est: utut enim hi simul & illi coloris sint nigricantis, Ægyptii tamen longe miores, magisque rudes sunt, & cum lance pondus exquirerem, inve-
ni

ni Ægyptium exsiccatum, & ab omnibus interaneis mundatum, grana viginti; & contra unum ex nostratis, ante paucos dies mortuum, vix quinque grana pendere: spondyli vel vertebræ in caudis Ægyptiorum unius fere ejusdemque omnes longitudinis & magnitudinis sunt, & si qua inter remotiores à dorso quoad longitudinem differentia est, ea vix sensibilis est. At vero in nostratis quinta vertebra, quæ aculeum antecedit, semper alias omnes longitudine vincit.

Aliam quoque scorpionum, & à prædictis nonnihil diversam speciem vidi, quam ad me ex regno Tunetano, ubi nunc moratur, misit, Doctor Johannes Pagnius, celebris in illustri

Aca-

Academia Pisana Medicinæ Professor. Totum hoc regnum Tunetanum his scorpionibus, lingua barbarica *Akrab* dictis, scatet: sed infinitam eorundem copiam in exiguo oppido *Kisijan* dicto invenies, qui Ægyptios quantitate & longitudine plurimum superant. Duos eorundem vivos libravi, quorum unusquisque partem unciæ quintam attollebat, & verisimile est, illos ob quatuor mensium inediām contracta macie, ponderis quoque jacturam fecisse: nec tamen derat ex eorum numero, qui tres postea menses, nullo cibi genere usus, exigeret. Color eorundem ex viridi flavus, dilutior aliquanto & velut ambra translucidus est, exceptis aculeo & duabus forpicibus vel chelis,

quæ coloris sunt magis folidi,
& Chalcedonii instar opaci: cu-
spis tamen aculei semper nigra
est. Quandoque candidi inve-
niuntur scorpiones, sed raro ni-
gri. Truncus forpicum nodis vel
juncturis quatuor constat. Pe-
des habent octo, quorum pri-
mi, & trunco forpicum proxi-
mi, omnium brevissimi sunt:
secundi primos; tertii secundos,
& quarti tertios longitudine su-
perant, & radiis septem con-
stant, quorum reliqui non nisi
sex obtinent. Dorsum totum
novem commissuris, annulo-
rum speciem ut plurimum re-
ferentibus absolvitur, & in ea
regione, quæ inter duos truncos
forpicum media est, tumuli mi-
nutissimi duo, nigri, & splen-
dentes eminent. Sub ventre, qui
com-

commissuris quinque constat, lamellæ duæ videntur, dentatæ, & ferram repræsentantes, quas ambulans scorpio distendit & dispellit, quasi usui futuras, haud secus ac si totidem alis instructus esset. Cauda sex vertebrae, vel spondylos habet, quorum postremus aculeum obtinet, grandem, & uncinatum. Spondyli quinque reliqui in fastigio excavati sunt, & fimbrias habent dentatas; inferius conglobati, & convexi, lineis quibusdam ex punctis nigricantibus compositis & protuberantibus signati. Hi scorpiones Tunetani, tam residentes, quam ambulantes, caudam arcuatim inflexam attollunt, id quod commune est omnibus, unde Tertullianus in *Scorpiacis*: *Arcuato impetu in-*
F 2 *sur-*

*surgens, hamatile spiculum in
summo, tormenti ratione restrin-
gens.* & Ovidius fastorum quar-
to:

*Scorpius elate metuendus acu-
mine caudæ.*

Magna inter scriptores con-
troversia est, an acumen aculei
foramen aliquod habeat, nec ne,
per quod transire humor vene-
natus pungente scorpione pos-
sit: & certe acumen hoc usque
adeo dextre & tenuiter termi-
natur, ut impossibile sit ocu-
lis dijudicare, an vere perfora-
tum sit hoc acumen, nec ne.
Galenus libro sexto de locis af-
fectis capite quinto foramen ibi
nullum esse dicit. Plinius, Ter-
tullianus, S. Hieronymus, S. Ba-
silius, Ælianus, & Græcius Ni-
candri

candri scholiaſtes, Gorraeus, Aldrovandus, multique alii moderni econtra pertendunt, ſcorpiones non ferire tantum cufide aculei, ſed excernere etiam, & in vulnera infundere liquidum quoddam venenum: & Magister Dominicus, Magistri Bandini Aretini filius, ſcriptor ſui temporis ob varia & plena laboris opera celebris, quorum nonnulla manu ſcripta penes me affervo, affirmat, venenum aculei ſcorpionis liquorem eſſe candidum, & tenuiſſimum. Poëtæ tamen nigrum eſſe ajunt, & quidam ex eorum numero cantat:

nigrumque gerens in acumine virus.

Quare ut de veritate ejus rei mihi conſtaret, ex longe pluri-

mis Serenissimi Thusciæ Principis microscopiis duo selegi, à celeberrimis in illa arte viris, uno Romæ, altero in Anglia optime elaborata, quorum subfido fretus, aperturam cuspidis aculei scorpionum Tunetanorum, Ægyptiorum & Italorum detegere conatus sum, sed frustra; ac si fidem adhibere voluissent illis, quæ exquisitissima hæc microscopia mihi, amicisque meis exhibebant, non sine ratione aperturam ibi nullam esse affirmassem: sed non contentus vidisse, aculeum scorpionis Tunetani premere occœpi, nullo fructu, cum aculeus durissimus, & substantiæ crustosæ, qualis locustarum marinorum, tactui non cedat, nec ulla ratione ita comprimi possit, ut quod cavitatem

tate aculei continetur foras prodeat. Incitatum irritavi scorponem, ut ferri laminam sæpius percuteret : sed nullum ibi liquoris vel humidi signum reliquit. Cæterum cum in eo essem, ac jam ante fuisset, ut crederem, veram esse opinionem Galeni, casu accidit, ut in acumine minutissimam & fere invisibilem guttulam aquæ candidæ viderem, qualem postea multoties vidi, cum irritatus motu scorpio ferire nitebatur. Et hinc colligo, verum esse, quod Ælianrus, & Græcus Scholiaستes Nicandri dixerunt, affirmantes, aculeum scorpionis usque adeo insensibiliter perforatum esse, ut omnem oculi aciem foraminis illius structura effugiat.

Tempore illo, quo capiendis
F 4 his

his experimentis occupatus eram, scorpionum illorum Tunetanorum unus ab alio socrorum suorum ictus occubuit, cuius demortui aculeo quater pectus pulli columbini & achantis percussi, & erant qui morituros illos ab hoc ictu crederent, sed postea animadversum est, hos ictus nihil omnino detrimenti illis attulisse : quamobrem levis apud me sensim enata dubitatio est, essetne ita comparatum, ut immunes à veneno scorpiones etiam Tunetani essent. Suprannominatus Doctor Pagnius ad me Tuneto scripsit, Mauros illius regionis constanter affirmare, nullum annum verti, quin ictu scorpionum haud pauci numero homines intereant, & venenum illorum terribilissimum esse, nec velo-

velocissime modo, sed violenter etiam, & non sine gravissimis symptomatibus operari, id quod ante annos aliquot mercator hujus nostræ urbis Petrus de Santis expertus est, qui in pede finistro ab istiusmodi animalculo percussus, non in parte modo læsa, sed per omnem quoque coxam, ad humerum usque punctiones sensit atrocissimas : & quanquam dolor esset acutissimus, totum tamen latus finistrum stupere, deperditis viribus conquerebatur, & fortunæ suæ debet, quod post multas in parte læsa scarificationes, & repetitam ex theriaca potionem, qua pes quoque totus emplastratus fuit, plurimaque medicamenta alia sanitatem recuperavit. Præterea ad me scribit, barba-

E s ris

ris ad averruncandum hoc lethale venenum necessarium videri, & in usu etiam apud illos esse, ut vel secum portent, vel superliminari portarum cuiusque domus affixam habeant certam quandam membranaceam, ad angulos rectos, uno non nihil resecto latere, formatam schedulam, quæ certa aliquot nomina Arabica contineat, & sigillis, quinquangularibusque rebus aliis munita sit. Hoc superstitionem, vanum, & ridiculum schedulæ præservativum, nec non remedium aliud protutissimo habitum, & Medicis Africanis usitatissimum, scilicet ut aquam exhibeant, in poculis inutilibus ex monocerotis cornu fabricatis, detentam, dubitacionem meam auxit, sed mutire non

non audebam contra sententiam, quæ usque adeo altas radices egerat. Recepto tamen animo, scorpionem vivum ita disposui, ut ferire me non posset, eumque vehementer irritatum coëgi quater pectus pulli columbini majoris fortiter percutere, & quod plures mirabantur, nihil pullo mali à veneno obtigit, ut nec pullastræ, nec catulo ante paucas septimanas nato.

Hic contra me armatani video totam Philosophorum, Medicorum, & naturalis historiæ scriptorum sectam, quæ brachia crucis in modum implicando clamabit, scorpiones non minutus tantum bestialas occidere, sed ferociissimis etiam, & maximis non parcere, ipsum etiam his an-

numerando leonem. Et Doctor Kemal Eddin Muhammed Ben-Musa Ben - Isa Eddemiri ad-jungunt camelum & elephan-tum. Nonnulli his auditis sub-ridentes, mirum non esse ajunt, si animalia ab hoc scorpione Tu-netano percussa non moriantur, cum per quatuor menses & am-plius sine cibo in vase occluso perdurans, venenosam qualita-tem deponere potuerit. Præter-ea, cum experimentum Novem-bri mense cœperim, illud Tertul-liani in Africa nati mihi sugge-runt, qui de scorpionibus agens, in principio Scorpiaci scriptum reliquit : *Familiare periculi tem-pus æstas ; Austro & Africo sa-vitia velificat.*

Etiam hoc in memoriam mi-hi revocant, quod Macrobius Sa-

Saturnalium primo, capite vigesimo primo dicit : *Scorpius hymet torpescit, & transacta hac aculeum rursus erigit, visua, nullum natura damnum ex hyberno tempore perpetta* : & quod Leo Africanus narrat , in civitate Africæ Pescara scorpiones usque adeo pestiferos & copiosos esse, ut incolæ per aestatis tempora coacti sint locum deserere , nec ante Novembrem redire.

Hæc objectio sapienter fundata , verissima , & experimentis saepius confirmata est , ut mox tibi referam. Ille ipse scorpio, qui mense Novembri nec pullum columbinum , nec pullastram , nec catulum veneno infecerat , vitam sine cibo per omne veris tempus produxit , vasi inclusus vitro magno: & mense Januario

F 7 usque

usque adeo rudis & aspectu inamœnus evaserat, ut moriturum crederem : sed Februario adventante, utut cibi nihil haberet, vires resumere cœpit, & spiritum cerebrofissimum, nec non fortitudinem membrorum ordinariâ majorem, quæ semper accrescebat. Hinc factum est, ut cum vigesimo tertio Februarii aulam secutus Pisis hærcrem, tentandum mihi visum fuerit, utrum venenosam & mortiferae suam malitiam recepisset ; & quia eodem tempore ad me accesserat Dominus Carolus Maurellus, natione Gallus, sed doctus & expertus Chirurgus, pullo columbin o pennis pectoris ademi, & iracundo illi ac furenti scorpioni exhibui, qui partem jam depilatam, & quasi san-

gui-

guineam, aculeo ter alte percus-
fit, ex quo pullus subito vacil-
lare, & frequenter respirando,
& tremendo, quasi amens in gy-
rum ferri cœpit. Hora decima
sexta procubuit in terram, nec
unquam ad se redire potuit. In-
de frequentes convulsiones pas-
sus est, in horam usque deci-
mam octavam, quo tempore
coxam extendit & pedes, usque
adeo frigidos, ut quoad partes
inferiores jam mortuus videre-
tur: nec tamen ideo plane cessa-
bant tremitus & convulsiones
alarum, sed aliquod etiam vitæ
signum in capite apparebat; quo
in statu permanfit, ad horam us-
que vigesimam, & quartas horæ
tres, quo temporis articulo mor-
tuus est, elapsis, ex quo percussus
fuerat, horis quinque. Statim ut
mor-

mortuus erat pullus , ad me ve-
nit doctissimus & celeberrimus
Dominus Nicolaus Stenonis, qui
avidus observandi , ut sese visce-
ra & sanguis infecti veneno pul-
li haberent , mihi suasit , ut sine
mora pullum alium scorpioni
feriendum , ut feci , exhiberem ;
qui illum ea ipsa in parte , quā
priorem , sed non deplumatā,
ter percussit : & hic alter pul-
lus intra dimidiā horae par-
tem occubuit , extensis , ut prior
fecerat , coxa & pedibus. Quare
statim in duobus aliis periculum
feci , qui utut singuli ter percussi
essent , præterquam quod non
inorarentur , nihil etiam mali
sentire videbantur.

Quietem scorpioni per totam
noctem indulsi , & mane , hora
quarta decima , coactus pullum
alium

alium percussit. Antea quam eundem percuteret, in cuspide aculei guttulam vidi minutissimam, liquoris candidi, quæ simul cum aculeo carnem penetrabat. Præterea scorpio sponte sua bis pullum percussit, qui exacto horæ spatio certos motus convulsivos expertus, & postea, adductis cruribus & tibiis, hora decima octava mortuus est. Nec tamen mortuus est alter, hora decima quinta ejusdem diei; nec tertius, horis quinque post percussus. Dandum ergo scorpioni spatium putabam, ut vires recuperaret. Interim observavi, pullos illos mortuos, non inflatos esse, nec livoris aut percussionis signa ulla apparere, ipsaque adeo viscera à naturali suo statu nihil immutata esse. Sanguis tan-
tum-

tummodo in venis liquidus permanserat, ejusque non exigua quantitas in ventriculos cordis se receperat, ut jam cor ipsum vehementer tumidum & inflatum videretur, ne minimum quidem immutato ejusdem naturali colore.

Quare cum mihi certo, infallibiliter, & millies probatis experimentis constaret, tuto edi, quicquid vipera tetigisset, vel terribilissimo peti veneno infectum esset; pullos hos, veneno scorpionis infectos, pauperi cuidam dono dedi, qui cælum digito tetigisse sese putans, sapidissime illos devoravit, & bene sese habuit.

Cum usque in diem sequentem, qui vigesimus quintus Februarii fuit, quievisset scorpio,
hora


hora vigesima prima cervam, quinques circa costas anteriores, & toties circa nates, qua parte pellis tenerior, & sine pilis est percussit, sed nullo cervæ danno: & dum in eo essem, observavi, scorpionem, cum sponte sua cervam ter percussisset, in perforanda cute parum aut nihil profecisse: ego tamen, quod potui, aculeum per vim adegi. Inde dubitare cœpi, an scorpionibus Africanis tantum revera virium esset, ut interimere leones, camelos, & qui cute armatus est durissima & erassissima, elephantum possent. Quicquid sit, fidem sequor auctorum, qui id scripserrunt; eoque lubentius illos sequor, quod hic meus scorpio, quo in capiendis experimentis usus sum, extra nativum solum, in

in diverso climate, post octo
mensium inediam defessus, &
male habitus viveret. Accedit
etiam hoc, quod dum cervam &
pullos alios nullo effectu percu-
teret, venenosus humor, ex ca-
vitate aculei procedens, omnis
fortasse absuntus esset, non da-
to spatio, quo reparari potuif-
set. Et hoc inde confirmabatur,
quod insequente die gallinam
percussit aquaticam, & pullum
columbinum majorem; morien-
te nullo: & biduo post, vigesimo
octavo scilicet Februarii, duos
alios pullos columbinos: & sex-
to Martii grandem aquilam, su-
perviventibus aquilâ simul, &
pullis.

Biduo, postquam grandem illam
aquilam pupugerat, mortuum
inopinato inveni scorpionem;
quod-

Scorpiones Tunetani

Pag. 141



quodipsum in causa fuit, cur certo scire nequiverim, an post aliquot septimanarum quietem recuperaturus fuisset venenum. Nec tamen despero, futurum aliquando, ut de his, aliisque rebus certior fieri; ac jam missis Tunetum, Tripolimque literis, id egi, ^{ut} animalculorum illorum mihi copia fiat, quorum interim figuram, ad naturalem eorumdem magnitudinem delineatam, hic tibi transmitto.

Ut omnia dicam, quæ de scorionibus experiendo vidi, puerilis fabula est, quod nonnulli apud Plinium dicunt, scorpiones mortuos succo ellebori albi madefactos reviviscere; & si decem cancri fluviales fasciculo basilicæ alligentur, fore, ut quicquid eo in loco scorponum est,

est, circa ridiculum hoc incantamentum congregetur, ac si proprius accedant, male pereant; narrante Avicenna, scorpionem, si cancer basilica munitus ad eundem accedat, statim mori.

وَزِعْمَ اَنْهَا قَرْبَ مَعِ
الْبَانَ رَوْجَ مِنْ الْعَقْرَبِ
سَاتِ الْعَقْرَبِ عَلَى
الْمَكَانِ

Id est:

Dicitur, quod ubi Scorpio Basilicum, seu ocymum caryophyllum odoratur, illico moriatur.

id quod falsissimum esse deprehendens, ad alia experimenta me contuli, & interemtos ad dimidiæ libræ quantitatem scorpio-

piones, ac vase vitreo aperto exceptos, Soli exposui, & brevi verminarunt: vermesque more solito in ova nigra transferunt, ex quibus post dies quatuordecim natæ sunt totidem muscæ, lineis candidis prætextatæ. Et quia P. Athanasius Kircherus libro duodecimo Mundi subterranei dixerat, experientiâ constare, ex cadaveribus scorpionum Soli expositis, & aquâ, in qua basilica macerata sit, madefactis, renasci scorpiones, iterum iterumque periculum feci, & capto experimento nunquam non delusus, frustra desideratam hanc scorpionum nativitatem exspectavi, comparentibus semper muscis: & cum denuo idem tentarem, adhibito urinali destillatorio optime clauso, cum suo antenitorio,

torio, nec vermes vidi, nec mu-
scas, nec scorpiones: quo ipso eo
magis confirmabar in ea opinio-
ne, ex cadaveribus animalium,
nisi aliunde adducto semine, nul-
lum animal nasci.

Rebus sic stantibus experiri li-
buit, an ex anate sub fimo putre-
facta vere bufo generaretur,
quemadmodum Johannes Ba-
ptista Porta credidit, & facto ter
experimento toties delusus ma-
nu quasi tetigi, eundem Portam,
hominem alioqui curiosum &
doctum, nimis credulum fuisse;
queinadmodum nimis credulus
fuit Theocriti Græcus scholia-
stes, quando scripsit, ex cadavere
læcertæ viperas solere nasci: nec
minus Arabs Avicenna, affir-
mans, capillos mulieris loco hu-
mido & Soli exposito seryatos,

in

in serpentes transmutari. Serpentes non aliter quam median-
te coitu generari credo: & omnes
aliæ serpentum generationes,
quas vel beneficio putredinis, vel
alia qualicunque ratione scripto-
res fieri memorant, fabulosæ, &
minus verisimiles sunt. Quare
vix ad me redeo, cum P. Atha-
nasium Kircherum video, co-
nantem præscribere certum pro-
cedendi modum, sibi, ut ipse re-
fert, experientiâ probatum. *Ac-*
cipe inquit author *quoscunque*
volueris serpentes, *quos* torrefa-
ctos prius in minutissimas partes
discindes; *has* partes terræ uligi-
nosæ committes, *quam* aqua plu-
viali identidem per vas in cribri
formam factum irrigabis, *aique*
hoc pacto terram irrigatam Soli
Verno expositam relinques; & in-

G

tra

tra octiduum totam terræ massam
in vermiculos primo, qui deinde
lacte aquæ permixto, & terræ su-
per affuso incrassati, tandem in
perfectos serpentes consurgent,
qui deinde coitu quoque in infini-
tum propagari possunt. Subjun-
git. Hoc me primum docuit ser-
pentis cadaver, quod cum in cam-
po offensum diligenter observas-
sem, eum infinitis vermiculis cir-
cum datum reperi, quorum alii
parvi, alii maiores, alii denique
jam apertam serpentis formam
acquisierant: Mirum tamen sub-
inde hujusmodi serpentulis mu-
scarum quasdam species commi-
sceri, quas ego quidem non aliun-
de, quam ex alimenti, quo serpen-
tes frui solent, seminio provenire
existimari. Hactenus Kirche-
rus, & ego motus doctissimi hu-
jus

jus scriptoris pleno authoritatis testimonio, non semel ejus rei periculum feci, nunquam comparente hac benedicta serpentum manufacturerum generatione. Et si P. Kircherus ruri hoc cadaver serpentis à vermis circumdatum vidit, vermes illi à muscis producti erant: & si diversæ magnitudinis erant, id ideo evenit, quod uno omnes eodemque tempore natæ non erant: & si inter hos vermes muscæ fremebant, id vel cibi capiendi causa factum est, vel quia muscæ illæ recens ibidem natæ essent. At vero serpentes ibi visos esse, ex cadavere illo natos, id fidem meam superat. Plinius id forte sine omni scrupulo credidisset, qui libro decimo historiæ naturalis affirmat, serpentes

148 FRANC. REDI
non raro nasci ex spinali medulla hominis demortui : & hanc Plinii opinionem firmavit Ælianuſ, cum hoc additamento, cadata vera requiri hominum facinoroforum, sceleratorum & impiorum: sed idem Ælianuſ considerata melius sententia sua , ratione magis sana dubitasse , ac metuisse videtur , ne commentum sit plane fabulosum. Sed hoc Plinii & postea Æliani commentum Ovidius libro decimo quinto metamorphoseos Pythagoræ tribuit :

*Sunt, qui cum clauso putrefacta
est spina sepulchro,
Mutari credant humanas an-
gue medullas.*

Fortunius Licetus id verum esse censet , & sapiens Marcus Au-

Aurelius Severinus, capite decimo de vipera Pitia, post Lictum id pro verissimo habet, ubi egregiam & ingeniosam digressionem ea de re instituit, & convenientissimam naturæ hanc generationem esse demonstrat, adductis argumentis, sed quæ maximam partem falsæ hypothesi innituntur. Unde libenter credo, ex cadavere humano, quod tamen Fortunius Licetus vult, nunquam serpentes vel anguillas, ac ne vermes quidem cujuscunque generis sua sponte nasci.

Nimis audax hoc assertum videbitur, cum in sacris libris ad reprimendum humani ingenii fastum saepius dicatur, carnem nostram tandem vermibus escæ loco futuram; unde Ecclesiastes

capite decimo nono inquit: *Qui se jungit fornicariis, erit nequam; putredo, & vermes hæreditabunt illum* : & Isaias capite decimo quarto : *Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum, subter testernetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes* & Hiob capite decimo septimo : *Putredini dixi, pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus.* Omnia hæc vera sunt : sed fatus textus loquitur generaliter , nec restringendo se se dicit, an hi vermes sponte , & sine paterno semine ex carnibus nostris prodituri , an vero aliunde adventuri sint , ad devorandum illas , vel occasione seminis , ab aliis animalibus eo delati , quod magis probabile & verissimum est, ibidem nascentur. Quod si cui con-

tra-

trarium arrideat, is eadem ratione credat necesse est, non vermes modo, sed tineas etiam, & serpentes, omniaque alia bestiarum genera ex humanis cadaveribus sponte sua nasci, cum apud Ecclesiasticum capite decimo legatur: *Cum morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes.* Sed hæ Siracidis minæ eadem qua aliæ apud Jeremiam capite decimo sexto, numero quarto capiendæ sunt: *Erit cadaver eorum in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ:* & alibi: *Erit morticinium eorum in escam volatilibus cæli & bestiis terræ.* Et præter has bestias, etiam esca vermibus erit, ibidem à variis muscarum generationibus productis: & hoc verum esse ex eo evidenter colligitur, quod hi ver-

mes in universum nihil aliud sunt , quam ova se moventia , ex quibus statis temporibus muscæ nascuntur ; id quod usque adeo verum est , ut Lucianus in encomio muscæ testetur , ex cadaveribus humanis illas nasci : ut jam minus credibile sit , nec firmari ratione possit , quod Kiranides de thunni carnibus scripsit , nimirum easdem , si à mari in littus Lybiæ ejiciantur , putrescere & verminare , atque hos verines mutari primo in muscas , inde in locustas , ac tandem in coturnices . Nemo hodie usque adeo exigui & stupidi ingenii est , ut has nugas non rideat : Ego certe , qui in rebus naturalibus , ut nosti , minime omnium credulus audio , sæpius id quod super thunni carnibus nascebatur his

his meis oculis videre volui, nec quidquam præter vermes natos vidi, qui postea in varii generis culices, muscasque mutabantur. Et memini, cum tentare animus esset, quid oleum, communis insectorum hostis, aliquique liquores in necandis his vermisbus possent, me omnium maximos & inter eos aliquot thunno natos elegisse, quorum alios vi-
no Græco, alios aceto, alios suc-
co limonum, nonnullos ompha-
cio, pluresque alios in oleum im-
mersi; haud paucos in vasis, fac-
charo, sale, & nitro repletis in-
clusi, nullo eorundem mortuo:
quin omnes statim tempore in ova
nigra, in altera extremitatum
concava mutabantur, ex quibus
elapsis quatuordecim diebus tot-
idem culices, illius generis, de

G s

qui-

quibus actum est supra, nati sunt; hoc tamen discrimine, quod omnes in vivis manserunt, exceptis illis, quorum vermes oleo peruncti erant: qui enim ex his nati sunt culices, statim ut ex putamine prodierunt, moriebantur, nonnullis in ipso prodeundi actu succumbentibus. Hinc concludere licuit, verum esse, quod Galenus, Lucianus, Alexander Aphrodisæus, Ulysses Aldrovandus, & Sperlingius dixerunt, muscas oleum degustantes, vel oleo inunctas mori. Et certe, quotiescunque ejus rei periculum feci, expertus sum, muscam tantillo olei tintam, eo ipso momento, quod nemo credit, mori. Et quia Ulysses Aldrovandus & Sperlingius subjungunt, muscas illo mortis gener

nere extintas, si Soli exponantur, aut cineribus calidis conspergantur, reviviscere, non standum mihi in his eorum dicitis arbitrabar, sed eam curiositatem adhibui, ut propriis oculis experimentum caperem, nec tamen unquam fortuna mihi ita favit, ut millies repetitis experimentis vel unicam reviviscere viderem; Quare, cum apud Ælianum, Plinium, Isidorum, & modernorum non paucos legisset, hæc ipsa animalcula in aquis aut quovis alio liquore suffocata, si radiis solaribus, & tepido calori cinerum exponantur, reviviscere, veritatis inquirendæ ergo muscas ordinarias octo in vas vitreum, aquâ, ob immissam glaciem frigidissimâ, non ultra dimidiam partem repletum,

G 6 con-

conjeci, & exacto horæ unius & dimidiæ spatio unam illarum submersam fundum vasis petiisse, & natantium unam nonnihil sese movere, vidi, ut vivere eam cerneret, reliquis septem, ut videbatur, plane mortuis. Exemplas ex aqua Soli exposui, & dimidi minuti tempus vixdum intercesserat, cum duæ earundem movere sese cœperunt, & exacto alio momento avolarunt. Et sex reliquarum illa, quæ fundum vasis petierat, nec non ex natantium numero tres aliæ, sub finem trium aut circiter minutorum signa vitæ exhibuerunt, pedes movendo, & exserendo proboscidem, ac jam volutando sese avolaturæ videbantur, cum illas paulo post mors serio deprehendit, nullo amplius exhibito

bito motu, quomodo nec reliquæ duæ, quibus octonarius absolvebatur, unquam movisse se, aut rediisse in vitam visæ sunt. Post dies aliquot, factis multis aliis super plura alia experimentis, muscas alias breviore, alias longiore temporis spatio in aquis, modo refrigeratis, modo naturaliter sese habentibus, modo tepidis, natare permisi, vel per vim sub aquis detinui unde tandem didici, his, quas vere mori contigit, nihil prodesse vim & potentiam Solis : nec sat scio, qua ratione fides adhiberi Columellæ possit, qui apes sub favis mortuas, & loco sicco per totam hyemem reservatas, redire in vitam refert, si pulveratæ fici arboris cineribus Soli exponantur, eo temporis

articulo, quo simul cum æquinoctio benignior aëris tempes-
ties redire incipit. Periculum
eius rei nullum feci, procul ta-
men à vero abesse hanc senten-
tiam mihi videtur.

Redeo ad muscas, Tunno na-
tas, quæ omnium aliarum in-
morem, statim ut ex putamine
prodierunt, excernere immuni-
ditiem, à nimio cibo, dum ver-
mium figuram exhibebant, ut
opinor, contractam occipiunt,
idque verisimillimum mihi fit,
quando nullum unquam horum
vermium cujuscunque generis
excrementa deposuisse vidi. In
iisdem quibus natæ sunt vasis,
per quatuor vel summum quin-
que dies occlusæ sine cibo vi-
vunt, id quod ordinarias naturæ
regulas non excedit.

Lon-

Longius ab ejusdem naturæ legibus abire mihi videtur, quod araneoli, ex ovis araneorum in vase clauso nati, tot menses sine aliquo apparente cibo vivere possint. Quinto Julii araneum fœminam in vase vitreo mediante charta occluso seposui, observavique eandem duodecimo ejusdem mensis Julii ab inferiore parte folii, quo vas tegebatur, fabricasse certum quoddam telæ suæ laboratorium, instar dimidiati putaminis rotundæ nucis, idque in medio illius folii circum circa firmasse. In cavitate hujus operis, quam Aristoteles sinum orbiculatum vocat, ingens quantitas ovorum translucidorum perfectæ rotunditatis, & magnitudinem granorum panici locularis non exceden-

dentium videre erat, & ex his
 ovis ultimo Augusti prodire
 cœperunt totidem minutissimi,
 candidique araneoli, qui statim
 ut nati erant telæ quoddam ru-
 dimentum, emissis tenuium fila-
 mentorum segmentis, perficere
 conabantur, id quod etiam ob-
 servatum est Aristoteli dicenti:
 πινδὴ δὲ οὐθὺς, καὶ ἀφίσιν ἀράχνοι,
protinus autem salit, filumque
mittit. Intra proximum biduum
 quicquid ovorum restabat ex-
 cludebatur, natis tum quinqua-
 ginta araneolis: & quia id age-
 bam, ut viderem, quantum tem-
 poris araneoli vivere sine cibo
 possent, nihil illis, quo nutriri
 possent, subministravi: quare
 cum octavo Septembris non-
 nulli morerentur, intra primum
 & septimum Octobris omnes
 mor-

mortui sunt , exceptis tribus , qui matrem comitabantur , eâque trigesimo Decembris mortuâ , in octavum usque Februarii diem vitam produxerunt , aucto non-nihil , ut manifestissime apparebat , eorundem corpore . Quod si ex me quæras , qua ratione hi tres araneoli increverint , fortasse responderem , ab adtracto ex demortuorum fratrum & matris cadavere alimento . & si hoc nihil putas , extensio forte corporum eorundem id efficere potuit , ut crevisse viderentur . Ego tamen priorem sententiam præ secunda sequi mavelim : nec hili apud me est , quod vulgus credit , & authorum plurimi scripsierunt , nullum animal individuum propriæ speciei devorare , cum multorum experimentorum

rum fide mihi constet, non aliam
hac fabula fabulosiorem fabu-
lam, nec aliud magis mendax
hoc mendacio mendacium au-
ditum esse. Memini, me au-
thore leonem quandoque car-
nibus leonis fœminæ pastum;
nec tamen credibile erat, illum
à fame sollicitatum huc descen-
disse, cum eodem die haud pau-
cas vervecinæ carnis libras ab-
sumfisset. Vulgus venatorum, ex-
perientiâ edoctum, novit, aprum
in sylvis mortuum, ab apris aliis
ibidem commorantibus absu-
mi. Ursi ursorum, tigrides tigri-
dum carnes devorant: atque ad-
eo tibi dico, hoc eodem anno à
Meemet Bei, vel Generale mili-
tiæ regni Tunetani Serenissimo
Magno Duci, Domino meo, do-
no missa esse diversi generis pe-
regri-

regrina, & curiosa animalia. Inter hæc tigris erat cum filio suo, ante paucos menses nato, caveæ majori inclusa. Hæc bona mater, Florentiæ appropinquans, furore an joco haud facile dixerim, hunc suum filiolum usque adeo tenere dentibus præhendit, ut ei crus totum, & qui cum crure connectitur armum, pulchre demorderit, & avidissime devoraverit, ut carnium demortuarum affatim in cavea esset. Feles castrati proprios testiculos deglutiunt, & fœminæ quandoque filiolos suos recens natos devorant: idemque canes faciunt. Lucius, piscium rapacissimus, ne ipsis quidem parcit luciis; sed alius alium voraciter insequitur, nec raro accidit, ut septem vel octo librarum lucius trium

trium vel quatuor librarum
alium prædam faciat, quo casu,
quia lucius minor à majore præ-
hensus intrare in stomachum
prædatoris propter longitudi-
nem suam non potest, jucundis-
simum est videre, ut victor lucius
per aquas feratur, victo lucio
unius vel duorum palmorum
longitudine ex ejusdem gula pro-
minente, idque per plures horas,
& tantisper, dum caput lucii de-
glutiti à stomacho sensim con-
sumatur, & locum det, in quem
truncus reliquus & cauda insen-
sibiliter demittatur. Anguilla-
rum illa species, quam nostra-
tes *Gavonchi* vocant, & quæ præ-
dâ vivit, non sui tantum gene-
ris minores, sed anguillas etiam
nobiliores, & quæ *Musini* vocan-
tur deglutit, ut sæpius in eo-
run-

rundem longissimis stomachis
deprehendi.

Alios quoque araneos, tam
masculos quam fœminas vasis
vitreis excepī, sed nihil observa-
re potui, præter longitudinem
vitæ eorundem sine alimento,
nonnullis à decimo quinto Julii,
quo die capti erant, in finem us-
que Januarii vitam producenti-
bus. Etiam hoc notavi, unum eo-
rum, ex quo per mensēm capti-
vus desederat, exuvias deposuisse,
usque adeo sanas, & integras,
ut araneum alium repræsenta-
ret, quem post quinquaginta die-
rum spatium imitatus est aliis.
Et in araneis quidem hoc ante
me notavit doctissimus Thomas
Moufetus Anglus, in celebri suo
theatro insectorum, ubi non se-
mel in anno, sed quot mensibus

mu-

mutare illos hæc sua spolia affirmat, id quod ego negare & multo minus affirmare non ausim, cum illud non viderim. Bene vidi, diversas figuræ & species harum bulgarum, tumoris & saccularum in quibus fœminæ tanquam in nido ova sua depo-
nunt & incubant : vidi rarum illum, & diversum, nec minus fortissimum figendi fila, etiam in vitris maxime lævibus, modum. Sed de his rebus, & mirabili artificio Geometrico, quo aranei in conficiendis suis telis utuntur, de industria nihil tibi dicam, quandoquidem Thomas Moufetus, P. Athanasius Kircherus hujus negotii eleganter me-minerunt, & ante illos Plinius, Plutarchus, Ælianus, & inter Arabes Doctor Kemal Eddin Mu-

Muhamed Ben Musa Ben Isa
Eddemiri , vulgo *Damir* dictus,
nec non Doctor Zacharias , Ben
Muahammed Ibn Mahmud , à
patria urbe Persiae Casbin alle-
gatus sub nomine Alcazuini :
*Quid quod tu ipse in eruditissi-
mis tuis vigiliis Thuscis, sub titu-
lo Natura Geometra, de his re-
bus doctissime scripsisti.*

Observavi ingentem ovorum
depositorum copiam , quam
Moufetus affirmat multoties ad
trecenta numero ova ascendere ,
ego tamen non nisi centum &
sexaginta ab uno solo horum
animalculorum posita depre-
hendi , quod omnibus collectis ,
& telâ suâ stricte obvolutis , glo-
bulum formaverat , vestitum ma-
gno & candido loculo , à cuius
medio cuncta suspenderat . Dum
strucen-

struendo hoc loculo occupabatur, data mihi est facultas videnti, stamen non ex ore, sed imo ventro deduci : ut jam verissima sit observatio Æliani, & Moufeti. Plinius materiam hujus staminis in utero vel matrice conservari scripsit : *Orditur telas, tantique operis materiae uterus ipsius sufficit.* Sed Moufetus, monitus à Bruero, considerans masculos utero carentes haud aliter atque foeminas telas texere, non approbat sententiam Plinii, & erroris illum insimulat ; male tamen & sine ratione. Etenim vox *uterus*, quâ maximus scriptor hac occasione utitur, authoribus Latinis non *matricem* modo denotat, sed Isidoro teste, *ventrem* etiam ; verba ejus sunt : *Uterum solæ mulieres habent* &c.
auctio-

auctores tamen uterum pro utriusque sexus ventre ponunt : & exempla plurima habentur apud Virgilium , & specialiter libro septimo Aeneidos , ubi de cervo agit percusso ab Ascanio.

*Ascanius curvo direxit spicula
cornu,
Nec dextra erranti Deus absuit:
actaque multo
Perque uterum sonitu , perque
ilia venit arundo.*

Et magnus ille Tertullianus, capite decimo de fuga in persecuzione, loquendo de Jona : *Sed illum, non dico in mari, & in terra, verum in utero etiam bestiae inventio.* Apuleius etiam libro quarto Metamorphoseos hac voce in eadem significatione usus est : &

H digna

digna lectu sunt, quæ super hunc locum celeberrimus Johannes Pricæus, Anglus, & communis noster amicus, eruditissime notavit. Non erravit ergo Plinius, cum scripsit: *Orditur telas, tantique operis materiæ uterus ipsius sufficit*; sed erravit Aristoteles, cum libro nono historiæ animalium, contradicens sapientissimo Democrito, in ea opinione fuit, araneos telam suam non deducere ex partibus uteri internis, sed externis totius corporis, ac si materia fili lanugo quædam esset, corporis exteriora in modum corticis ambiens. Vedit errorem Aristotelis Thomas Mousfetus, sensitque eundem pariter, facto experimento, celebris & doctissimus P. Josephus Blan-

canus, venerabilis societatis Jesu,

in

in præclaris suis commentariis super mechanica Aristotelis. Erravit etiam Aristoteles, cum docuit, araneos animalia viva parere, non ova : quandoquidem omni adhibita diligentia nunquam animadvertere potui, illos vivum partum edere : sed semper vidi, eos ova ponere, ex quibus, ut supra dictum est, filii eorundem procedunt. Quod vero nonnulli scribunt, ex semine aëreo, & per aërem volitante, nec non putrefacta immunditie araneos generari, id mihi credibile non videtur, nisi alia ratio adducatur, quam quæ vulgo adduci solet : hæc nimirum, quod in ædibus recens fabricatis aranei videantur, eorumque telæ, idque eo ipso tempore, ubi calce & albario inductæ sunt.

H 2

Et-

Etenim, cum domus & palatia non intra oculi nictum, ut olim Alcina & Atlas fecerunt, struantur, mirum non est, si in calce, pulvere & immundicie aranei nidos suos & latebras composuerint, ex quibus prodeentes, momento citius altissimum quemque murum perreptare, & telas suas ordiri & pertexere possint.

Sed alterius etiam fabulosæ araneorum generationis apud autores mentio fit, eamque inter alios pro vera venditat Petrus Andreas Matthiolus, & qui eidem suppetias ferunt, Castor Durandes, Johannes Bauhinus, Henricus Cherlerus, P. Athanasius Kircherus, & P. Honoratus Fabri, affirmantes, gallam non vermes modo & muscas, sed araneos

neos etiam producere : & sub-
jungit idem Matthiolus , s̄epissi-
me fese vidisse , gallas omnes ,
non perforatas , unum ex his tri-
bus animalculis continere , pro
quorum diversa natura horren-
dum prognosticon format , di-
cendo: si in gallis muscæ naſcan-
tur , exſpectandum eo anno bel-
lum; si vermes producantur , mes-
ſein fore macram; si aranei inve-
niantur , annum fore pestiferum
& contagiosum. Doctissimus ta-
men P. Fabri illud prognosticon
ridet , & ego plurimis illis à Mat-
thiolo factis experimentis facilli-
me respondebo totidem aliis per
me captis , & mera & pura veritas ,
quæ à mea parte stat , in causa est ,
cur libere audeam dicere , me
trium aut quatuor annorum spa-
tio supra viginti gallarum mil-

lia aperuisse, nec ullum in eis
araneum, sed semper muscas, &
varias culicum & vermium ge-
nerationes, pro diversitate tem-
poris, invenisse : nihilo tamen
minus in Italia & extra Italiam
pestis sœviit, & Thuscia nun-
quam bellum aut annonæ cari-
tatem sensit, sed anni illi omnes
uberrimi fuerunt. Verum tamen
est, me in hac vel illa galla, sed
semper perforata, araneolum ali-
quem invenisse, qui foris natus
& educatus, in hoc forte fora-
men sese recepit, ut ab injuria
tempestatis se reficeret : eadem
plane ratione, qua araneos
omnes alios se in rimas arbo-
rum & murorum cavitates, re-
cipere quotidie videmus. Ergo
experimentis Matthioli suffi-
cienter responsum sit, replicatis

ex-

experimentis aliis : & quantum ad muscas, culices & vermes, qui in gallis reperiuntur, integrum mihi erit, de illis paulo post agere.

Difficilius aliquanto est, ut illis respondeamus, qui scire desiderant, quomodo araneus extremitates telæ suæ ab una arbo-re ad aliam deducere possit, cum alas ad volandum nullas habeat. Mōufetus araneos saltare, & de loco in locum sese vibrare credit : & hæc illius opinio, si de exiguo saltu agatur, credibilis videtur ; & memini, quandoque mihi relatum esse à magno quodam Viro, quod dum in itinere esset, araneus ab uno staticuli arrestario ad aliud telam suam extenderit, & quia intrare in rhedam clausis foriculis non

H 4 lice-

licebat, ex improviso sese in pileum equitis cuiusdam vibraverit, qui aliunde veniens staticulo appropinquabat. Fieri ergo potest, ut saltent. Fieri etiam potest, cum telami suam ab arbo-re alia in aliam extendere satagunt, ut firmatâ ad hunc vel illum ramum extremitatum unâ, mediante filo in terram sese demittant, & in terra progredientes, à pede vicinæ arboris sursum repant, conglomerando, & ad justam & necessariam proportionem & altitudinem exten-dendo filum suum. Amicorum quidam mihi dixit, vidisse sese quandoque duos araneos, à filo suo & ramis duarum arborum non procul distantium dependentes, qui vibrando & impulsu aëris sibi mutuo appropinquan-tes,

tes, connexis filis quasi ex compa-
cto grandem telam pertexuerint.
Poterat etiam fieri, cum araneus
inter ramos arborum procul di-
stantium telam suam texit, ut
à filo suo dependens, fortuito
casu & impetu venti ab arbore
una in aliam delatus, integro
adhuc stamine, non obstante di-
stantia telam suam ordiri & ab-
solvere potuerit. P. Blancanus
in supradicto libro, multoties
repetitis experimentis inductus,
affirmat, filum aranei non esse
filum simplex & planum, sed ra-
mosum & carminatum, vel ut
melius dicam, esse istiusmodi fi-
lum, à quo plura alia tenuissima
fila originem trahant, quæ ob in-
natam levitatem suam per aërem
fluctuantia quaquaversum sese
extendant, & si casu eveniat,

H s ut

ut extremitas filorum transversalium ramis arboris vicinæ implicetur, araneum sese statim inviam dare, & hoc filo uti pro exordio futuræ telæ. Inde sub jungit Blanckanus, filum aranei quandoque non esse unum & simplex, sed revera duplex, à quorum uno araneus dependeat, altero huc illuc per aërem volitante, usque dum aliquid inventiat, in quo consistere & firmari possit. Et hæc certe sententia multum à ratione & verisimili trahit, ut verum id de quo agitur esse possit, speciatim, si araneus ab altissima arbore dependeat: mihi tamen tempus defuit, ut quod lubentissime fecisset experimentum capere non potuerim. Sæpiissime quidem observavi, araneos filamenta sua ab uno late-

latere viæ regiæ ad aliud deducere, nec non extremitates filorum suorum alligare ad fastigia palorum, quibus vites sustinentur. At vero si ponamus altitudinem palorum non excedere tres vel quatuor ulnas, latitudinem autem viæ minimum esse ulnarum octo vel decem, quomodo araneus ab usque adeo humili loco dependens, filo principali eam longitudinem dare potuerit, ut quæ ab illo procedunt filamenta collateralia pertingere ad latus alterum viæ regiæ quiverint, id equidem concipere non possum. Sit ergo quomodo cunque velit, & quisque id quod maxime ei arridet credat: ego, ut ad priorem discursum redeamus, tibi dicam, me, collecta & cæsa aranearium haud exigua quantitate,

tate, massam omnem in vase aperto reliquisse, quod muscæ audacter ingredientes, quasi vindictæ loco sterCUS ibi suum deposuerunt; quo factum est, ut cadavera hæc brevi verminando, ex vermibus obdurescientibus ova vel chrysalides, & ex chrysalidibus totidem muscæ natæ sint, quales per ædes nostras vagantur.

Sed missos faciamus araneos. Sufficienter enim mihi demonstratum esse videtur, carnes non verminare, & supradicta insectorum genera ex carnium substantia non nasci, ut tempestivum putein ad alia progredi, quæ vulgo & hominibus magni nominis & reverendis verminare putantur, inter quæ caseus primas obtinet, heluonibus artem jactantibus

bus producendi ex eodem ver-
mes, ad oblectamenta gulæ: &
causam quidem efficientem hu-
jus generationis reducunt ad u-
nam earum, quas in principio hu-
jus epistolæ tibi enumeravi. At
vero sapientissimus Petrus Gaf-
fendus innuit, muscas forte, &
animalia volantia foliis herba-
rum & arborum impressisse sua
semina, quæ deinde à vaccis, ca-
pris similique pecorum genere
absumta, lacti pariter & caseo il-
lam facultatem tribuerint, ut
producere successu temporis ver-
mes possent. Et certe, hæc sen-
tentia pluribus non displacebit, nec
ego nunc quidem negaverim,
ita rem sese habere. Attamen,
salva reverentia, quam huic ma-
ximo & admirabili Philosopho
tribuo, ego hactenus non video,

qua ratione hæc semina à dentibus animalium trita & confecta, & in stomacho eorundem cocta & expressa, ac denuo fortassis alterata vehementer & enervata, in intestino duodeno, mediante illa ebullitione, quam succus acidus pancreatis & humor biliosus efficiunt, iterumque alterata in viis illis, quæ à stomacho & intestinis ad mammas deferuntur; quomodo, inquam, hæc semina virtutem suam integrum, illæsam & salvam conservare potuerint; & siquidem id evenire potuit, nihil causæ est, cur desperemus, fieri posse, ut coacto ex lacte mulieris caseo loco vermium totidem inugiles producantur, & lucii, ubi mulier ova eorundem comedet, vel totidem pulli & pullastræ,

lastræ, si ova gallinarum ebiberit: utut enim ova cocta ebibere potuerit, non defunt tamen, quæ cruda & recens posita degluttiant; quanquam coctura secundum doctrinam Gassendi, nullum præjudicium afferat virtuti generativæ, quam semina possident; cum omnes sciant, videantque, in recocta & placentis lacteis vermes nasci, utut recocta aliud nihil sit, quam flos feri ad ignem coagulatus, & quod placentæ lacteæ cocturam sustineant, & in furnis frigantur. Quare in eam deveni sententiam, ut puttem, verminationem lactis, caesi, & recoctæ non aliam fortassis, quam de qua in carne & piscibus egimus, causam habere; nimirum hanc, quod muscæ, & culices ibi ova sua deponant, ex qui-

quibus vermes , & ex vermibus
muscæ nascuntur. Et hoc qui-
dem manifestum est omnibus se-
rio attendantibus. Etenim, quod
captis experimentis didicisse mi-
hi videor , neque lac , neque ca-
seus , neque recocta , nec lactici-
niorum quidquam verminabit ,
si eo loco servetur , ubi muscis
& culicibus aditus non datur : &
contra , ubi hæc animalcula eo
pertingunt , ut super cibis re-
quiescant , brevi sequetur ver-
minatio : & quia in memoriam
mihi redeunt nonnulla , quæ à
me observata sunt , ea tibi com-
memorare animus est , non qui-
dem omnia , id enim prolixo &
fastidiosi operis esset , sed ea tan-
tum , quæ vermes tangunt inde
natos.

Erat mihi alembicus ingens
vi-

vitreus in quem patente semper ejus orificio, misi partem dimidiā casei nostratis, idque ex recentioribus & optimis, qui sub finem mensis Junii inveniuntur: exactis aliquot diebus visi sunt super hoc caseo nonnulli vermes, qui bene considerati, non unius generis esse dignoscēbantur. Majores per omnia similes erant vermibus aliis, qui in carne nascuntur: ejusdem prorsus figuræ etiam minores erant: id tamen præcipuum habebant, quod cerebrosores, & magis quam reliqui agiles expeditius in vitro incedebant, & rostrum caudæ admoventes, facto quasi circulo, per varios saltus sese modo huc modo illuc vibrabant, ita ut nonnunquam ex vase illo profilirent, in quo
nati

nati erant. Tertio vel quarto die
à nativitate eorundem , tam hi,
quam illi more solito quieti sese
dabant, & in ova corrugaban-
tur,sola magnitudine diversa,ex
quibus selectis , & diverso vase
exceptis prodierunt , ex majori-
bus quidem totidem muscæ or-
dinariæ,ex minoribus vero spatio
dierum duodecim certum genus
muscarum minutarum nigrican-
tium, simile formicis alatis,quod
genus, vix natum, maxima & in-
credibili promptitudine & velo-
citate subsultando & volando
motum quasi perpetuum repræ-
sentare videbatur. Inde masculi
cum fœminis sese conjungentes,
illos actus exercebant , à quibus
propagatio earundem sperari
naturaliter poterat:sed deficien-
te vieti brevi moriebantur.

Dum

Dum hæc observabam, forte caseum inveni jam verminantem, cuius sanas partes à verminosis secernens, suis singulas vasis seorsim excepit: sed de saniis partibus nullus unquam vermis natus est, & ex vermibus qui in verminosis partibus jam nati erant, prodiit multitudo minutarum illarum nigricantium muscarum, de quibus supra, ne una quidem comparente musca ordinaria. Contrarium mihi accidit in recocto lactis, ex quo vermibus infecto, transformatis in ova vermibus, muscæ tantummodo prodierunt ordinariæ; & ex caseo è caprino lacte facto, & verminante mense Septembri natæ sunt muscæ ordinariæ, nec non paucæ aliquot minores, quales circa

vinum & acetum vagantur.

Scio rem duram creditu vi-
deri, nullum ex his lacticiniis
sua sponte verminare, cum de-
licatissimi ex nostris caseis Lu-
censibus dissecti, saepius circa in-
teriorum medullam verminare
deprehendantur. Respondere
possem, semina horum vermium
generata esse à muscis in lacte,
dum exprimitur, & in vasis à pa-
storibus, ut concrescat relinqu-
tur, quo tempore innumera mu-
scarum multitudo circa illa va-
sa oberrat, unde Græcus ille
Poëta, quem Musæ præ cæteris
lactarunt, libro xv. Iliad. v. 641.
Græcos & Trojanos pugnantes
& circa cadaver Sarpedonis ob-
errantes, muscis assimulat veris
tempore circa mulætras lacte re-
pletas vagantibus:

Oι δ' αἰεὶ περὶ νεκρὸν ὄμιλον, ὡς ὅτε
μῆται

Σταθμῷ ἔντι Βρομέωσι περιγλαγέας καὶ
πέικας,

Ωρῇ δὲ εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάυκος ἀγεων
δεύεται

Ως ἀρχετοὶ περὶ νεκρὸν ὄμιλον.

Hi autem semper circum cadaver
versabantur, ut quum muscae
In tugurio susurrant lacte-ple-
nas ad multras,

Tempore in verno, quando lac wa-
sa madefacit:

Sic sane hi circum cadaver ver-
sabantur.

Hæc responsio, utut alicujus
valoris esse videri posset, mihi
tamen non omnino satisfacit:
quare cum diligenter observa-
verim, caseos nostrates antea
quam verminare incipiunt, plu-
ribus

ribus in locis dehiscere, & rimas ducere, dico in his rimis, & in hac apertura à muscis ordinariis & minoribus ova generari, & vermes, qui nutrimentum sectantes magis tenerum, magisque delicatum in interiorem casei medullam penetrant, ibidemque ad tempus usque determinatum nutriuntur, quo exacto, foras profugiunt, & locum quærunt, ubi per dies aliquot latitantes in ova convertantur: & ex his ovis nascuntur diversæ generationes animalium volantium, pro diversitate parentum, à quibus vermes generati sunt.

Ac de his quidem cum satis, & fortasse plus quam par erat, dictum sit, ad illos vermes transeamus, quos vulgus, maximis erroribus assuetum, credit ex her-

herbis & fructibus putridis , nec non in lignis , & arboribus ipsis nasci : & principio quidem de illis vermibus scribam , qui in herbis , foliis arborum & pomis nascuntur, postea quam aliquantis per ab eorundem arboribus vel plantis sejuncta & per hanc disjunctionem quasi vita privata sunt : dicturus postea de illis, qui in foliis & fructibus nascuntur , dum arboribus cohærent, & maturitatem suam exspectant.

Sciatis ergo, quomodo verum est , in carnibus , in piscibus , & lacticiniis occluso loco servatis, nullos vermes generari ; ita verissimum esse , quod fructus & herbæ crudæ vel coctæ , eadem ratione servatæ, nullum vermem producant : & contra, quod aëri expositæ , varium genus insectorum

rum proferant, modo hujus, modo illius speciei, pro diversitate animalium, quorum semina ibi reposita sunt. Observatum tamen à me est, alia insecta aliud herbarum vel fructuum genus sibi pro nido eligere, & fuit, cum in una sola herba, uno eodemque tempore, septem vel octo diversa animalculorum genera nata viderem.

Super pepone, ubi plures minores muscas quiescere videbam, minuti vermes nascebantur, ex quibus spatio quatuor dierum ova, & ex ovis quadrupli spatio totidem culices prodibant. Ex aliis peponum contritis particulis, quas culices, muscae ordinariæ, & certum minutissimarum muscarum nigricanticum genus, oblongis in capite an-

antennis dotatum depaverant, vermes nati sunt, diversæ magnitudinis, qui determinato suo tempore in diversæ magnitudinis ova transferunt. Ex ovis majoribus post octiduum muscæ ordinariæ; ex minorum non-nullis post quatriduum culices; ex aliis post quatuordecim dies, muscæ minutiores aliæ; ex mediæ magnitudinis ovis post septimanam unam cum dimidia culices prodierunt, multo quam primi majores crassioresque. Idemque accidit in cucumere, fragis, pyris, pomis, prunis, omphacio, malo citreo, ficubus & malis Persicis. Sed quoniam Persica mala vase vitreo asservabantur, ut distillare & effluere liquor ex putrefactis illis proveniens non posset, in liquore

I illo

illo multos minutissimos vermes natantes vidi, quos oculis vix perspicere licebat. Ex his vermibus super malo Perfico, & in ejusdem liquore distillato natis solito tempore culices nascebantur, qui per multos dies, subministratâ per me nutrimenti materiâ superstites fuerunt. Hinc fœmellæ cum masculis congregantes, vermes alios generarunt, ex quibus more solito culices facti sunt, & siquidem diligentiam & curam majorem adhibuissèm, in infinitum, ut opinor, hæc generatio processisset.

Ex cucurbita cruda vel cocta nihil præter muscas ordinarias natum vidi. Id modo silentio transmittendum non duxi, quod vermiculi omnes, ex cucurbita coctâ ovis permixtâ & putrefactâ

facta nati, cum tempus quietis & secundæ transmutationis in ova appropinquaret, ita sese in hac pulicula volutarint, ut sensim hoc linimento cooperti, glebas terræ exiguae referrent, ex quibus postea muscæ nascebantur, ita ut qui sub his glebis ova latere nescivisset, ex glebis terrestribus muscas natas esse verisimiliter credidisset.

Ab aliqua, non multum absimili specie originem traxisse credo æquivocum Plinii, cum libro historiæ naturalis undecimo scribit, insectorum volantium plurima nasci ex pulvere cavernarum humido: & forte ab eadem illa specie decipiuntur omnes illi, qui terrâ, luto, limo fluminum, & paludibus infinitas animalium species generari

I 2 nar-

narrant; quomodo Pomponius Mela facta mentione Nili: Non pererrat autem tantum eam, sed aestivo sidere exundans etiam irrigat, adeo efficacibus aquis ad generandum alendumque, ut prater id quod scatet piscibus, quod Hippopotamos, Crocodilosque vastas belluas gignit; glebis etiam infundat animas, ex ipsaque humo vitalia effingat. Hoc eo manifestum est, quod ubi sedavit diluvia, ac se sibi reddidit, per humentes campos quadam nondum perfecta animalia, sed tum primum accipientia spiritum, & ex parte jam formata, ex parte adhuc terrea visuntur. Et Ovidius, libro primo Metamorphoseos:

*Sic ubi deseruit madidos septem-
fluus agros*

Nilus,

Nilus, & antiquo sua flumina
reddidit alveo,
Ætherioque recens exarsit side-
re limus; (lia glebis
Plurima cultores versis anima-
Inveniunt, & in his quædam mo-
do cæpta sub ipsum
Nascendisspatium: quædam im-
perfecta, suisque
Trunca vident numeris: & eo-
dem incorpore sæpe
Alter a pars vivit; rudit est pars
altera tellus.
Quippe ubi temperiem sumpsere
humorque, calorque;
Concipiunt: & ab his oriuntur
cuncta duobus.
Cumque sit ignis aquæ pugnax;
vapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia
fætibus apta est.

Hanc opinionem promovit Plutarchus in quæstionibus convivalibus, & exscriptor Plutarchi Macrobius in Saturnalibus ; nec non Plinius, Ælianus, & ut concludamus, innumerabilis cetera antiquorum , *quos haud secus atque errantem ducem grec sequitur*, ita sine ulteriore inquisitione secuti sunt ex modernis scriptoribus infiniti. Hinc est, quod ipse nonnunquam apud me obstupesco, quando considero, autores usque adeo improvidam circa horum animalium generationem existimasse naturam, ut membris aliis per carnem & ossa absolutis, alia uno eodemque tempore ex pura terra formaret: & tamen Ælianus fidem facit, propriis suis oculis vidisse sese istiusmodi facta animalia , in itinere

nere suo Neapolitano versus Puteolos: & Ovidius minime contentus loco supra citato affirmsse, saepius videri in luto animalia sine cruribus & juncturis, idem repetit libro decimo quinto dicens:

Semina limus habet virides generantia ranas:

Et generat truncas pedibus. Mox apta natando

Crura dat. Utque eadem sint longis saltibus apta,

Sed quod magis mihi lepidum videtur, hoc est, quod illæ ipsæ ranæ ex luto natæ post semestre spatiū vitæ, in pulverem & lutum, Plinio teste, revertuntur, & postea sub adventum veris in novam vitam resurgunt.

Has Plinii cogitationes multi

hujus nostri seculi graves Philosophi approbarunt, & specia-
tim doctissimus P. Honoratus
Fabri, magnus in Theologia ma-
gister, & profundæ literaturæ
vir, summæque in omnibus
Philosophicis speculationibus
existimationis, sed, quod alia
omnia superat, mirabiliter felix
circa inventionem arduorum
problematum nobilissimæ &
sublimissimæ Geometriæ. Is er-
go in celeberrimo suo de gene-
ratione animalium libro, propo-
sitione septuagesima quinta, &
septuagesima sexta, hanc op-
inionem fovens, admittit, ex ra-
narum corpore corrupto, & in
terram converso, ranas genera-
ri. Hactenus id credere non pos-
sum, quia experiencingo nihil un-
quam vidi, in quo acquiescere
intel-

intellectus plane possit : promptissimus tamen sum ad mutandam opinionem , eroque tanto magis , si ranas , quarum Plinius mentionem facit , hydra , vel alias quidam ranis inimicus serpens , ex venenosorum genere morderit , quod genus serpentum noster divinus Poëta in septima inferni voragine constituit , ubi ait :

*Ed ecco ad un , ch' era da nostra
proda ,*

*S' auventò un serpente , che 'l
trafisse*

*Là , dove 'l collo alle spalle s' an-
noda .*

*Ne o si tosto mai , ne i si scrisse ,
Com' ei s' acceſe , ed arſe , e cener
tutto*

*Convenne , che cascando , dive-
nisse :*

*E poiché fu a terra sì distrutto,
La polver si raccolse, e per se
stessa per se
In quel medesmo ritorno di
butto:*

Id est:

Fuisse illius generis unum, qui ad proram constitutus, librato motu in prædam sese conjiciens, eandem, qua collum humero annectitur vulneraverit, quod vulnus statim comitatum fuerit igne infernali, & refolutione totius in cineres, ita tamen, ut recolligentibus sese cineribus, eadem præda per se in idem ut antea corpus redierit.

Sed hæc omnia meræ sunt fabulæ, & animalia, quorum hæc vel illa membra ex non alia re quam terra constare videbantur, si major adhibita fuisset attentio, satis manifeste apparuisset, terra tantum & luto inquinata ea fuisse: & si in terra, luto, & limo cam-
po-

porum & paludum aliqua viven-
tium nascuntur , id eo fit , quia
in locis illis ova generata sunt ,
vel semen aliud producendo ani-
mali commodum , juxta ea quæ
Aristoteles & Plinius de locustis
narrant , de quibus agens Doctor
Zacharias , Ben Muahammed
Ibn Mahmud , ex Persiæ civitate
Casbin , sub nomine Alcazuini
citatus , in libro Arabico de mi-
rabilibus creaturarum , scriptum
reliquit , *locustas , ubi vere primo*
pascuntur , solum querere pingue
& humidum , cui incumbentes ,
caudis scrobiculos excavant , in
quibus singulæ centum ova depo-
nant.

Terrestres quoque testudines,
ova , quæ deposuerunt , terra con-
tegunt : Eæ etiam , quæ in aquis
dulcibus , & in mari habitant , in

I 6 littus

littus ad pariendum conscen-
dunt, & ubi ova sua deposue-
runt, arenâ illa contegunt, sub
quâ fovente Solis calore exclu-
duntur, ut jam, qui in his ex-
erxitatus non est, facile crede-
re possit, ex terra nasci illas mi-
nores testudines, quas ex ter-
ra prodire sæpius videmus. At-
que hoc forte modo verum esse
poterat, curiosum P. Athana-
sii Kircheri, hominis erudi-
tissimi, & in naturæ operatio-
nibus nobilis & ingeniosi spe-
culatoris experimentum : Cum
Ranæ inquit copioso sub initium
Martii fuso spermate, omnes
fossas expleant, fit ut exsiccatis
fassis, *Limus* in pulverem una
cum ranis jam exclusis denuo re-
solvatur. Si itaque tibi animus
sit, novam ranarum generatio-

nem

nem exhibere , sic operare :

Accipe palustris limi vel fossarum , ubi ranas nidulatas fuisse nosti , pulveres , quos pluviali aqua subactas in terreo vase expones Soli mediocriter calido , mane tempore aestivo , & identidem aquâ dictâ consperges , ne Sole exsicetur materia , & inveneries primo quidem bullulas quasdam , ex quibus primo ranunculos candidos sine pedibus posterioribus , solis anterioribus duobus brachiis instructos , quos graminalas vocant ; deinde paulatim divisâ in duos posteriores pedes caudâ ranas perfectas ingenti copia consurgere videbis . Hoc ita eventurum esse mihi quam maxime probabile videtur , utut eventus mihi , quanquam iterato aliquoties processu , non re-

I 7 spon-

sponderit : id sive vitio indu-
striæ meæ, vel ob quod aliud im-
pedimentum acciderit, haud fa-
cile dixerim : potest tamen fieri,
cum omnia ex præscripto P. A-
thanasi fecerim , & lutum ad-
hibuerim fossarum exsiccatar-
um,fossis illis non nisi sub æsta-
tem exsiccatis, quo tempore ova
vel semina ranarum jam exclu-
fa sunt , ut deficientibus ovis ra-
næ quoque nullæ natæ sint. Ob-
servavi tamen , ranas , cum in
fossis & paludibus nascuntur ,
piscium instar, non bipedes, sed
sine omnibus omnino pedibus ,
caudâ longâ , planâ & quasi bifi-
dâ dotatas nasci , quâ corporis
figurâ per multos dies natantes
incedunt , cibum captando, cre-
scendoque : inde pedes exerunt
anteriores , & post dies aliquot
alios

alios sub pelle, quæ totum cor-
pus ambit, pedes producunt
postiores, nec non exacto certo
temporis spatio caudam exuunt,
quam Plinius, Rondeletius, at-
que tot alii scriptores falso in
duas partes formandis pedibus
dividi crediderunt: cuius rei ve-
ritatem experiri quivis poterit,
tantum ut ei placeat cultro ana-
tomico examinare aliquam ha-
rum recens natarum ranula-
rum, & videbit pedes posterio-
res à cauda ceu membrum à
membro manifestissime distin-
gui, & si vivario eas incluserit,
observare ei licebit qua ratione
per multos dies incedant qua-
tuor pedibus simul & cauda in-
struetæ.

Sed quid dicam de ranis illis
minoribus, quas vulgus decidere
sub

sub æstatem ex nubibus cum pluvia, vel virtute aquæ pluviae, eo ipso, quo cadit momento, in pulvere generari credit? Atqui de his sufficienter in *observationibus circa viperas* locutus sum, observando, quod ranæ illæ, quas decidente tenui pluvia videntur, diebus aliquot ante casum pluviae, natæ sint, & in sicco morantes inter dumeta herbarum & saxa, vel terræ cavitates delitescant: & quia ejusdem cum terra coloris sunt, hinc fit, ut subsidentes & immotæ à pulvere haud facile discernantur: cuius rei evidens argumentum est, quod stomachum plenum cibi, & intestina plena excrementorum, eo ipso, quo natæ creduntur momento habent, cuius sententiæ ego primus inven-

tor.

cor non sum , quandoquidem Olympiade centesima decima quarta , vel paulo post , tempore Ptolomæi primi Ægyptiorum Regis , eandem in schola Peripatetica professus est Aristotelis successor Theophrastus Eresius , id quod ex fragmento illius libri , quem idem Theophrastus περὶ τῶν ἀθρίων φαινομένων ζῷών de animalibus *subito apparentibus* scripsit , & in bibliotheca Photiana assertatur , liquido apparet : quare prolixius de his differere lubens supersedeo , id tantum dicam , quomodo supra affirmavi , difficile atque adeo impossibile mihi esse , ut credam , in limo , quem fœcunda inundatio Nili in campis relinquit , animalia inventi , parte aliqua membrorum animata , parte reliqua ex terra

terra constante; ita nunc in eo
me esse, ut non credam, arbores,
frutices, & herbas posse produ-
cere animalcula, qualia saepe in-
veniuntur, partim viva, partim
ligneae, & quorum pars aliqua
corporis absoluta non sit, ut ani-
mari possit: & quanquam supra-
dictus P. Athanasius Kircherus
tomo secundo de Mundo sub-
terraneo scribat, vidisse se se-
istiusmodi animalcula, cadem-
que aliis monstrasse in ramulis
viburni vel bryoniæ, & in scapis
illius herbæ, quam Thusci *Co-*
dacavallina vocant: valde tamen
vereor, ne illusio aliqua adfue-
rit, quæ oculum deviare fecerit,
ideoque hanc mihi libertatem
sumo profitendi dubitationem
meam, cum optime noverim,
P. Athanasium Kircherum veri-
tatis

tatis sincerum amatorem esse,
qui studio indagandi illam non
corporis magis quam ingenii
gloriosis laboribus pepercit, in
quem finem etiam ego libere id
quod sentio scribo: etenim

*S' io al vero son timido amico,
Temo di perder vita tra coloro,
Che questo tempo chiameranno
antico.*

Id est:

Si veri timidus amicus sim, vitæ meæ
timeo, inter illos, qui ex moderno secu-
lo antiquum faciunt.

Et certe idem ille timor, con-
junctus cum ardentissimo amo-
re veritatis in causa est, cur can-
dide fatear, etiam me ab impe-
ritia cæcum antehac istiusmodi
res credidisse, quas dum sæpius
recordor, me mei pudet piget-
que. Et profecto caligine ocu-
lorum

lorum laboraverim necesse est,
cum *in observationibus meis circa viperas* scriberem, huic ser-
pentum generi duas cordis auri-
culas, & duas cavitates vel ven-
triculos esse. Etenim cor vipe-
rinum non nisi unam auricu-
lam, unamque cavitatem habet.
Verum quidem est, hanc auricu-
lam inflatam in duos truncos di-
rimi, & ab anteriore sui parte
membranam habere subtilissi-
mam, qua mediante in duas cel-
las dividitur, quas stylo percer-
rans, in hunc de duobus ventri-
culis errorem incidi, quorum
ventriculorum unus revera ad-
est, alter per imprudentiam sty-
lo debetur.

Usque adeo avide cupiebam
offendere aliquod ex his animal-
culis, quæ partim sese movent,
par-



partim ligno constant (tantum apud me valet hominis docti , qualis P. Kircherus est authoritas) ut nullum diligentiae vel sollicitudinis genus sit , quo vel ipse usus non sim , vel alios uti non curaverim; tantum ut unum illorum invenirem . Quare cum trigesimo die Maji ad me allati essent oxyacanthæ vel spinæ albæ ramuli , qui dum plantæ nativæ adhærerent , corrugati , inversi , inflati , extenuati , scabrosi , & quasi lanuginosi evaserant , & colorem assumferant subrufum , punctis rubris & cinereis interstinctum , in illam spem deveneram , fore , ut desideratam illam nativitatem & transformationem videre liceret : crevitque eo magis illa spes , quod ramusculos phillyreæ secundæ

Clusii ,

Clusii, nec non illius clematidis,
quam Thusci vitalbam vocant,
eadem ratione affectos viderem:
quare duplicatâ diligentia ra-
mculos illos & palmites in ci-
stellas aliquot misi, & tres illas
supra dictas plantas, in quibus
plures istiusmodi inversæ rugæ
remanserunt, quotidie observa-
vi & observari curavi. Sed tan-
dem deprehendi, esse vitium na-
turale harum plantarum, quod
illis quotannis adhæreat, & in-
fectum nullum producat. Figu-
ram earundem hic videre pote-
ris, quam eo libentius transmit-
to, quod nullus scriptorum, quod
ego quidem sciam, hoc naturæ
vitium, vel hunc ludum animad-
verterit.

Sed quia P. Kircherus animal-
culorum illorum, quæ ex vibur-
ni



ni & equiseti ramusculis nasci
afferit, aliam & tertiae speciei
figuram affert, ex palea & juncis
putrefactis, ut putat, natam, sine
tuo tædio narrare mihi liceat,
quid mihi hoc anno Artimini
acciderit, ubi in sylvis inter vir-
gulta infinitam vermiculorum,
tertiæ illius speciei, copiam in-
veni, quod genus vermiculorum
illius loci incolæ *Cavallucci* vo-
cant. Ergo dum aulam sequens
per mensem Septembrem ve-
nationi illis in locis vaco, pluri-
ma illius generis animalcula ad
me allata sunt, eaque duum ge-
nerum esse deprehendi, alia vi-
ridia, duabus lineis æquidistan-
tibus per latera & totam longi-
tudinem corporis extensis; alia
coloris plane ferruginei, vel ut
melius dicam, qualis in scopa-
rum

rum virgultis cernere est. Tamen
hæc, quam illa, duo minuta, ex
pluribus nodis & articulis com-
posita cornua in capite gerunt.
Viridium cornua coloris subru-
bicundi, reliquorum ejusdem
cum corpore coloris sunt. Op-
pido parvum, & quovis minore
grano minus caput habent. Ocu-
li duri sunt, & prominentes, ac
papaveris semine minores : in
viridibus rūbicundi. Os quale
locustarum esse solet. Passu in-
cedunt gravi, & lento, pedesque
sex, & singuli pedes flexuras tres
habent. Et anteriores quidem
duo pedes exacte juncturæ illi
subjiciuntur, ubi caput annexum
est. Omne illud spatium, quod
inter ultimos pedes & extremi-
tatem caudæ intercipitur, an-
nulis, incisuris, vel nodis decem
con-

Oxyacantha vel Spina alba

Pag. 214



constat, & ab ultimo nodo procedunt aculei subtilissimi duo. Universum corpus quinque digitorum transversorum longitudinem non excedit, & frequenter ejusdem ubique crassitie est, ac si qua horum animalculorum circa imum ventrem magis tument, & rhomboidalem figuram referunt, id inde est, quod venter, in fœmellis, minus vel magis elevatur, pro majore vel minore ovorum ibidem reconditorum copia. Tam masculi, quam fœmellæ, exuvias suas, vel spolia integra deponunt, haud aliter atque serpentes, nec non aranei & insecta alia: & hæc spolia nihil aliud sunt, quam subtilissima tunica, ejusdem cum corpore figuræ.

Cum hæc animalcula ad me
K de-

deferrentur, forte mihi aderat
Dominus Nicolaus Steno, cele-
bris, ut nosti, Danus, & anatomi-
cus nostri seculi insignis, ac præ-
ter eruditionem, qua pollet,
egregie moratus, &, quæ Sere-
nissimi Magni Ducis regia ge-
nerositas est, sustentatus in hac
aula: utrique nostrum in men-
tem venit, scrutari viscera, & in-
teriorum fabricam horum ani-
malculorum: & canaliculum vi-
dimus, qui ab ore, per omnem
corporis longitudinem, ad for-
men quoddam, ultimo caudæ
nodo vicinum, delatus, œsophagi,
stomachi, & viscerum vices
supplebat: & circa hunc canali-
culum invenimus confusam se-
riem variorum tenuium fila-
mentorum, quæ venarum forte
& arteriarum loco sunt. A cor-
poris

poris medio, ad extremitatem usque caudæ, detineri vidimus ingentem numerum ovorum colligatorum, sive vestitorum filo vel canali, cuius qualitas, pertenuitatem suam, oculorum nostrorum aciem effugiebat. Ova hæc minutorum milii granorum magnitudinem non excedebant, eorumque alia mollia & tenera, alia duriora erant. Mollia & tenera flavescere, & translucere videbantur : at vero duriora, intus flava, putamen nigrum habebant, & cum mollia simul & duriora ova computaremus, septuaginta invenimus : & in alio quodam animalculo, quod per quatuor dies, sine cibo, seorsim asservaveram, quadraginta octo ova invenimus, præter viginti quinque alia, quæ

K 2 in

in cistella deposuerat. Dum ita tempus teritur, notavimus, hæc animalcula, demtis omnibus visceribus, nihilominus vivere, & moveri, ut viperæ extiratae, & insectorum plurima solent: quare his vel illis caput præcidimus; & caput quidem brevi moriebatur: at vero truncus, præfecto capite, per multum temporis vivacissime hinc inde ferebatur, ac si membris suis omnibus instructus esset. Quare per jocum caput cum truncō conjungere visum est, & successit negotium eadem facilitate, qua incantatoris Orrili membra connectebantur, de quo magnus Ferrariensis epicus ita loquitur:

Più volte l' han smembrato, e non mai morto,

N^e

Ne per s'membrarlo uccider si
potea,

Che se tagliato, o mano, o gam-
ba gli era,

La rappicava, che parea di
cera.

Or fin' a' denti il capo le divide
Grifone, or Aquilante fin' al
petto.

Egli de colpi lor sempre si ri-
de,
S' adiran' essi - che non anno
effetto.

Chi mai d' alto cader l' argento
vide,

Che gli alchimisti anno mercu-
rio detto,

E spargere, e raccor tutti i suoi
membri,

Sentendo di costui, se ne ri-
membri.

Se gli spiccano il capo , Orrilo
 scende ,
 Nè cessa brancolar , fin che lo
 trovi ,
 Ed or pel crine , ed or pel naso
 il prende ,
 Lo salda al collo , e non so con
 che chiovi .
 Piglia l talor Grifone , e'l brac-
 cio stende ,
 Nel fume il getta , e non parch'
 anco giovi ,
 Che nuota Orrilo al fondo , com'
 un pesce ,
 E col suo capo salvo alla riva
 esce .

Id est :

Sæpius eidem artus inciderunt , sed
 nunquam mortuus est , nec de artuando
 occidi poterat : ac si manus ei aut pes
 abscissus esset , haud aliter illum refige-
 bat , ac si cereus esset . Quare Grifo ca-
 put ad dentes usque , Aquilantes pedo-
 re


re tenus dividit : ille ictus eorundem ridet , indignantibus his quod effectu carrent . Quisquis unquam argentum , quod Chymici *Mercurium* vocant , ex alto delapsum & spargere , & recolligere omnia sua membra vident , ubi hujus acta audiverit , illud in mentem sibi revocet . Si caput ei auferunt , Orillus descendit , & prætentis manibus quærere ante non desinit , quam illud invenerit , & inventum modo crinibus , modo naso prehensum , cum collo , haud scio quibus clavis , connectit . Arripit illum tunc Gripho , & extenso brachio eundem in fluvium projicit , nullo apparente fructu : etenim natans in fundo piscis instar , Orrilus , cum capite suo salvus in ripam evadit .

Ita animalcula hæc nostra inferto capite , non per diem hunc modo totum , sed per alios quinque continuos vitam produxerunt , mirantibus cunctis , qui arcanum ignorabant , idque eo magis , quod in eo statu non naturalia modo excrementa ventris

excernebant, sed ova etiam ponabant: unde si quis credulus describere hanc capitum insertiōnem voluisset, testes equidem vivos & videntes plurimos habere potuissent, sed egregiam descripsisset fabulam, cum hæc capitum insertio non fieret, nisi mediante viridi quodam, viscoſo, & tenaci humore, ex truncis promanante, qui siccatus firmam hanc coniunctionem reddebat. Sed capita, quanquam trunci vivarent, motum aliquem aut signum vitæ nullum edebant: & trunci etiam citra capitum appositionem per quinque vel sex dies vitam continuarunt.

Quod si tibi animus est, figurās horum animalculorum vide re, non adito Kirchero, vel Jonſtono, in celebri sua insectorum histo-

Ovum
Cavallucciorum



historia, tab. XI. num. 2. & tab. XII.
num 26, ecce illam tibi mitto,
ad vivum exemplar delineatam,
nec non figuram ovi eorundem,
auctam ope exquisitissimi mi-
croscopii in Anglia elaborati, &
videbis illud in uno extremo-
rum ovatum esse, extremitatem
vero alteram protuberantias
quasdam habere, & ova illa li-
gnea repræsentare, quibus cistel-
larum loco utimur, & quæ co-
chlea occluduntur.

De Sermone inscius in sermo-
nem delapsus sum, à discursu,
quem paulo ante cœperam, ni-
mis alienum: quare eo rediens,
ex re erit, ut tibi dicam, me de his
insectis acturum, quæ sub herbis
putrefactis nasci videmus; nec
esse aliquam herbarum speciem,
sub quibus putrefactis vermes

K 5 non

non nascantur : unde miraculi locum non sustinet , quod Di- scorides & Plinius tanquam sin- gulare quid , & consideratione dignum , scripserunt , quod sub ozymo masticato , & Soli expo- fito vermes nascentur : idem e- nim herbis omnibus accidit , quæ semine vermium ab animalibus infecta sunt . Ex his vermibus , sub herbis putrescentibus pro- ductis , quandoque muscas ordi- narias , quandoque mayores or- dinariis , sed ut plurimum , nec infreueenter sub una sola plan- ta natas vidi longe plurimas ge- nerationes animalculorum voli- tantium , minutissimorum , quæ à Tertulliano , non sine ratione , *unius puncti* animalia vocantur : & memini me sub solo hyssopo , sub sola spica , & sub solo hys- rico ,

rico, præter muscas ordinarias, & ordinariis majores natas vidisse octo vel novem culicum species, figuræ diversissimæ. Sub apio pariter inveni vermes aliquot, his qui in muscas transformatur simillimos. Omnes tamen pilosi erant, & facto sponte sua circulo, nunc huc, nunc illuc saltabant. Sed invidit mihi fortuna aspectum ejus quod inde nasciturum erat: omnes enim mortui sunt, antea quam ⁱⁿ ova, ut reliqui, transirent, forte ob anni tempus justo frigidius: versabamur enim circa finem Novembbris.

Audi nunc quid Plinius libro vigesimo primo cap. xiv. historiæ naturalis scribat: *Aliud inquit in Creta miraculum mellis. Mons est Carina, ix. M. passuum*

ambitu, intra quod spatiū muscæ
non reperiuntur, natumque ibi mel
nusquam attingunt. Hoc experi-
mento singulare medicamentis eli-
gitur. Idem miraculum Zezes de
Attico melle refert, & subjungit
id evenire ob summam thymi in
Attica abundantiam, à cuius
acuto odore muscæ vehementis-
sime abhorreant. Idemque Mi-
chaël Glycas in suis Græcis anna-
libus refert, adducta eadem Ze-
zis ratione. Ego tamen muscas
posuisse ova, & vermes suos sub
thymo, indeque natas esse muscas
vidi, & hæ muscæ non mel modo
dilutum dēcoctione thymi avi-
de absūmebant, sed electuarium
etiam ex melle & thymi foliis
compositum liguriebant. Æta-
te forte Plinii, & in monte Cari-
na hæc vera historia erat, quæ
in.

in Thuscia, ut credo, numerari inter fabulas posset: quare ut huic prælongæ & nimis tædiosæ epistolæ quam id fieri poterit citissime finem imponam, redeundo ad priora tibi dicam, quomodo carnes demortuorum animalium omnes, nec non pisces omnes, omnes herbæ, & fructus omnes, muscis, & reliquo volantium animalculorum gregi nidum præbent commodissimum: ita fungorum quoque omne genus idem præstare, ut in iis quos lupi crepitus, suillos, & manium ova vocant, nec non similibus aliis animadvertere potui: de illis tamen fungis loquor, qui jam antea resecti, & quasi mortui, ac jam putrefacti sunt: qui enim in terra aut arboribus hactenus radicati sunt, & vivunt,

K 7 aliud

aliud genus vermium, figurâ à
muscarum vermibus diversissi-
mum, producere solent, quod
vermium genus non segniter
trahendo corpus per terram, nec
rependo per herbas, ut vermes
reliqui, sed pedibus incedendo
perinde ut bombyces progre-
diuntur: & cum illi, qui ex mu-
scis ordinariis vel majoribus nec
non culicibus nascuntur, ro-
strum longum & acutum ha-
beant, hi non nisi breve, & quasi
fascia nigra succinctum habent.
Hi ipsi ergo statim ut increve-
runt, sollicite fungum illum quo
nati & educati sunt devitant, &
citra transmutationem in ovum,
fasciculum ex seta tenuissimum
corpori quisque suo inducit, in
quo per dies aliquot determina-
tos delitescit: quibus exactis ex
uno-

unoquoque fasciculo animalculum prodit volitans, & nonnunquam musca minor prælongis pedibus ; quandoque ejusdem magnitudinis musca nigra , alis instructa quatuor ; nec raro musca æque nigra , & alas quatuor gerens , sed cuius venter inferior in modum caudæ serpentinæ attenuatur.

Jam quæ causa efficiens proxima sit hujus generationis vermium in fungis viventibus, si perme stet , dicam eandem numero esse , quæ vermes in herbis & plantis viventibus generat : qua in re Philosophorum, & illorum, qui in virtutes plantarum earumque naturam investigarunt, opiniones vehementer variant. Fortunius Licetus in libris *de spontanea nativitate viventium* pro axio-

axiomate verissimo supponit, ab anima vegetativa, ceu omnium aliarum ignobilissima, nunquam posse produci sensitivam: & hoc principio ductus credit hanc vermium generationem fieri occasione nutrimenti à plantis ex terra attracti, quæ terra, ut ille quidem asserit, multas animæ sensitivæ particulas, ab excrementis vel corporibus mortuis, atque ipsis etiam viventibus exhalantes contineat: subjungit præterea, illa ipsa etiam sive viventium sive demortuorum corpora plures evaporare atomos, vel corpuscula animam sensitivam exhibentia, quæ volitando per aërem, & cortici plantarum, nec non foliis, & fructibus rubiginosis adhærendo, hanc vermium nativitatem efficiant. Petrus Gassendus in ipsa pul-

pulpa fructuum vermes nasci, & muscas, apes, & insecta reliqua, in floribus residentia, semen ibi suum ponere arbitratur, quod successu temporis intra fructus, haud aliter atque in carcere detentum, ope caloris maturativi vermes producat. Plures alias, iterumque alias istiusmodi opiniones recensere possem: sed quia omnes ad speciosum illud principium reducuntur, de quo jam antea locutus sum, ex re visum est, illas silentio praeterire: ac si sensus mihi meos explicare licet, crederem fructus, leguminosa, arbores, folia duplicem ob causam verminare; quarum una hæc est, quod vermes aliunde adventantes, & alimenti penuria laborantes, rodendo viam sibi faciant, & in interiorem fructuum &

& lignorum medullam pene-trent. Altera, quam ego quidem homine Philosopho non indi-gnam esse arbitror, hæc est, quod una illa eademque anima, vel virtus, quæ flores generat, & fructus plantarum, vermes quoque ex plantis producat: Et forte ve-rum est, multos arborum fructus, non quidem primario & princi-paliter, sed secundario & minus principaliter hunc in finem pro-ductos esse, ut generationi ho-rum vermium servile hoc mini-sterium præbeant & matricis lo-co inserviant, ex qua debito tem-pore prodeuntes, solis calore ve-getentur.

Ego mihi persuadeo, has meas cogitationes non plane paradoxi loco apud te futuras, si tot galla-rum majorum, minorumque,
nec

nec non cuculorum, calycum,
echinatorum, & lapparum ge-
nera respexeris, quæ à quercu,
æsculo, cerro, subere, ilice, aliis-
que arboribus glandiferis pro-
ducuntur : etenim in gallis illis
majoribus, quas coronatas vo-
cant ; in pilulis capillatis, quas
ciuffoli nostrates vocant ; in pi-
lulis cerri ligneis ; in pilulis stel-
latis quercuum ; in cuculis folio-
rum ilicis evidentissime apparet,
naturam primo & principaliter
id intendisse, ut animal ibi for-
maret volans : cum in centro
gallæ ovum inveniatur, quod
crescente & maturante galla
crescit & maturatur, quomodo
suo tempore crescit vermis ovo
inclusus, qui ubi ad maturitatem
suam galla pervenit, instante ter-
mino nativitatis suæ in muscam
mu-

mutatur, quæ ovo disrupto rodere gallam incipit, & à centro ad circumferentiam exiguum & semper rotundam viam parat, qua absoluta, relicto nativo carcere per aërem animose volat, alimenti quærendi gratia.

Ingenue fateor, me antequam experimenta mea circa generationes insectorum cœpisse, credidiſſe, vel ut melius dicam, his ſuspicionibus indulſiſſe, ac ſi muſca veris tempore adveniens, facta in ramis quercus magis teneris pertenui fissura, ſemen ibi ſuum reliquifſet; quod in cauſa fuifſet, cur nata recens galla minor foras protuberaſſet: nec unquam viſas eſſe gal- las maiores, minoresve, nec corticem vel putamen, neque caly- ces,

ces, vel cuculos, nisi illis in rami, in quibus muscæ semen suum deposuissent: & in eo eram, ut putarem gallas minores morbum esse à punctiunculis muscarum in quercu provenientem, quomodo in corporibus animalium ab istiusmodi punctiunculis insectorum tumores nascentur.

Præterea dubitabam, possetne fieri, ut erumpentibus gallis minoribus & echinis marinis supervenientes muscæ fœcundum quendam seminis liquorem ibi spargerent, qui vivacissimorum spirituum plenus in interiora penetrans, hunc ibi vermem produceret. Sed consideratis postea melius rationibus, & animadvertisendo plures fructus & legumina esse, quæ occlusa na-
scun-

scuntur, & ab injuriis muscarum
tuta sunt, nec tamen eo minus
verminant ; animadvertisendo
postea, quod galluzzulæ omnes
semper & constantissime in cer-
ta quadam & determinata parte
rami novelli nascantur : & quod
galluzzulæ minores, quæ à fo-
liis quercus, æsculi, aut cerri pro-
cedunt, ibidem sub fibris & ner-
vis eorundem constantissime
nascantur, & nullam unquam
galluzzulam visam esse, quæ in
plano folii inter duos nervos na-
sceretur, sed omnes infallibiliter
procedere ab illa parte folii, quæ
terram respicit, nullam à glabra
quæ cœlo obvertitur: cum è con-
trario, omnes illæ, quæ in foliis
fagi & arboribus quibusdam non
glandiferis morantur, in parte
foliorum glabra nascantur : de-
nique

nique notando, multa esse aliarum arborum folia, sub quibus vesicæ, sacculi, rugæ & tumores nascuntur, vermibus repleti, & protuberantibus foliis ipsas etiam protuberare vesicas, quæ utut minutissima sint folia, videri tamen optime possunt, & cum foliis succrescunt; hinc quis manifeste certior reddi potest; præsertim si observaverit, quid sub foliis ulmi, ilicis, pruni sylvatici, & lentisci nascatur. Fagus præterea racemos aliquot florum edit, qui baccas producunt rubras & violaceas, quarum unaquæque tres vel quatuor vermes separatim inclusos continet. Idem fagus alium quoque florum fasciculum producit, & flores illi calyculos quosdam protrudunt, ex viridi flavescentes,

circa

circa basin ligneos, & ubi coëunt teneros : & omnes hi calyces suos singuli vermes producunt, qui deinde assumta forma animalium volantium prodeunt.

Quare mutando sententiam multo probabilius me credere posse arbitror, generationem animalium in arboribus non casu fieri, neque à supervenientium muscarum gravidarum semine ortum trahere: idque tanto magis, quod nulla galluzzularum est, quæ vermem suum non habeat, & quævis galluzzularum species proprias suas & determinatas vermium, muscarum & culicum species producit, nunquam variante natura. Præterea mirabile artificium est, quo natura utitur in formando hoc ovo, & ut eidem locum intra

tra gallas illas minores præparat, ac de fibris filisque prospiciat, quæ velut totidem venæ arteriæque à galla ad ovum procedentia, simul formationi ovi & vermiculi inserviunt, & nutrimentum subministrant necessarium. Et quia nonnullæ harum gallarum minorum species sunt, in quibus plures vermiculi generantur, eadem natura mater suum singulis locum accuratissime adsignavit, haud secus atque in animalibus, quæ numerosam prolem edunt. Etiam hoc videre licet, vermes istiusmodi ab universa, quanta est quercu fomenta trahere: etenim si gallam coronatam statim ut ex arbore nata est decerpas, dum nullum ovi in galla principium oculis assequi licet, hæc galla nunquam ver-

L mina-

minabit, nec à verme arrodetur, aut muscam producet : quod si gallam decerpas natu majorem, quæ ovi rudimenta, vel ovum recens formatum, sed tenerum exhibeat, vermis ad maturitatem non perveniet : at vero si vermis statum illum & fixum terminum transmutationis in muscam & prodeundi ex galla jam asscutus fuerit, bene habet.

Verum est hunc vermium terminum pro diversitate gallarum quoque diversum esse: non nullæ enim earundem species veris, aliæ æstatis, aliæ autumni, aliæ denique primis hyemis temporibus hæc animalia producunt : & animalcula nonnulla in certa gallarum specie nata ver alterum expectant; alia æstatem alteram, nec desunt, quæ gallam per

per annos duos & amplius inhabitent.

Supervacui operis esset de his prolixo loqui, cum hanc historiam ex iis quæ Artimini anno præterito, dum aulam & jucundas venationes illius loci sequremur, observata sunt, maximam partem non ignores. Quare de his plane tacebo, reservatis illis quæ necessaria videbuntur, usque dum lucem aspexerit particularis & curiosissima *historia, variorum & diversorum frumentorum & animalium, quæ ex quercubus aliisque arboribus generantur.* & firmiter credo, me quamprimum satisfacere posse curiositati illorum, qui res naturales investigant, cum faventem expertus sim generositatem & Regalem munificentiam Sere-

L 2 nissi-

244 FRANC. REDI
nissimi Magni Ducis Domini
mei , qua mediante longe plures
figuras ab exquisito Domini Phi-
licii Pizzichi penicillo depictas
habeo.

Illud tamen, ut ad primum pro-
positum redeamus , dicam, mihi
exiguum in Philosophia pecca-
tum videri , si credamus, vermes
fructuum ab illa ipsa anima &
naturali virtute generari , quæ
fructus producit & plantas : ut-
ut enim in aliquibus scholis do-
ceatur, à causa minus nobili non
posse produci effectum nobilio-
rem , id tamen serio rideo , cum
vel solum muscarum & culicum
in quercuum gallis enatorum
exemplum, meo quidem judicio,
omnem dubitationem tollat :
præterquam quod natura termi-
nos illos , *nobile* & *minus nobile*,
igno-

ignoret, ut quos acumen humani
ingenii in hujus vel illius sectæ
usum invenit: si tamen ob strepi-
tantes scholasticorum susurros
verum esse debet, causam minus
nobilem non producere magis
nobilem; certe nec pudendum,
nec alienum ab re paradoxum
erit dixisse, plantas præter vitam
vegetativam etiam sensitiva gau-
dere, qua mediante habiles fiant
ad generanda istiusmodi ani-
malia, quæ à plantis producun-
tur. Democritus, qui, Petronio
Arbitro teste, *omnium herbarum
succos expressit, & ne lapidum
virgultorumque vis lateret,* æta-
tem inter experimenta consum-
psit, plantis sensum concedere
non dignatus est. Pythagoras &
Plato idem senserunt, nec non
Anaxagoras & Empedocles, si

Aristoteli libro primo de plantis
id referenti credendum est.
 Αὐαξαγόρεις μὲν διὰ τὸν Ἐμπεδοκλῆς,
 ἐπιθυμίᾳ ταῦτα κινεῖσθαι λέγοσιν, αἱ-
 θάνεθαι τε ἡ λυπεῖσθαι καὶ ἥδεῖσθαι Δαβε-
 βαιχνται. ὃν δὲ μὲν Αὐαξαγόρας, καὶ ζῶα
 εἶναι, καὶ ἥδεῖσθαι τὸν λυπεῖσθαι εἶπε, τῇ πε-
 ἀπορροῇ τῷ Φυλλῶν, καὶ τῇ αὔξησι τῷ
 ἐκλαμβάνων. Anaxagoras itaque &
 Empedocles desiderio eas duci a-
 junct: sentire item ac tristitia vo-
 luptateque affici affirmant. Et
 Anaxagoras quidem animalia
 ipsas esse, & voluptate ac dolore
 moveri docuit, è foliorum scilicet
 defluvio, & ex incremento istud
 colligens.

Sed errantes Manichæi, refe-
 rente Augustino, ulterius pro-
 gressi, plantis animam rationa-
 lem inesse impie crediderunt,
 homicidii speciem esse asseve-
 ran-

rantes , si quis fructus vel flores colligeret, aut folia & ramos violenter decerperet , vel plantas ipsas eradicaret. Moderatus magis Plotinus fuit , qui sensum illis tribuit, sed somno oppressum & stupidum, qualem ostrea, spongiæ, & similia alia, in scholis plantanimalia dicta, habent. Plotino aliisque supradictis Philosophis se se adjungit Johannes Veslingius , & Thomas Campanella , nec non modernorum plurimi , & inter illos eruditissimus noster Imperfectus , (Dominum Priorem Horatium Ricasolum Ruccellajum puta) qui in admirandis suis dialogis de anima Vincentium Manuccium introducit, alte , nec sine optimis rationibus huic opinioni patrocinantem. Ego vero ut hanc sen-

L 4 ten-

tentiam probem, non adducam
stultam nonnullorum (secun-
dum dicta Plinii) persuasionem,
qui Pythagoram à fabis absti-
nendum esse ideo docuisse cre-
dunt, quod animæ mortuorum
seſe in fabas reciperent: nec tibi
dicam fabulosam hujus legumi-
nis virtutem, descriptam in Phi-
losophicis illis manuscriptis,
quæ nomen Origenis præ se fe-
runt, ubi asseritur, Zaretam Phi-
losophum, natione Chaldæum,
& Pythagoræ magistrum dixiſ-
ſe, fabas in sole maceratas red-
dere odorem, humani seminis
odori similem: & si florentes in
vase quodam sub terra occlusæ
detineantur, intra paucos dies
futurum, ut pudendi muliebris
effigiem (rem ob nativam fœ-
minarum modestiam tantopere
cela-

celatam) & postea figuram capit
tis puerilis exhibeant. Verba ipsa
Græca Origenis, vel Epiphanius,
vel cujuscunque alterius aucto
ris illius libri non subjungo,
quando ea videre poteris in eru
ditis supra Laërtium Diogenem
observationibus maximi & no
biliissimi scriptoris, nostrique
communis amici & Academici
Ægidii Menagii.

Sed nec argumenti loco ad
ducam virgulta Thraciae, de
mortui Polydori spiritu anima
ta: nec Alcinæ hortos, quorum
Ariostus meminit: nec sylvas
à Bojardo & Bernio inventas:
nec tibi in mentem reducam
horribilem illam in secundo in
fernii circuitu sylvam, de qua
summus noster Poëta:

Però, disse 'l maestro, se tu tronchi

Qualche fraschetta d' una d'este piante,

Li pensier, ch'hai, si faran tutti monchi.

Allor porsi la mano un poco avante,

E colsi un ramuscel da un gran pruno;

E 'l tronco suo grido, perchè mi schiante?

Da che fatto fu poi di sangue bruno,

Ricominciò a gridar, perchè mi scerpi?

Non haitu spirto di pietate alcuno?

Huomini fummo, ed or sem fatti sterpi;

Ben dovrebb' esser la tua man più pia,

Se state fossim' anime di serpi.
Come d' un stizzo verde, che arso
sia
Dall'un de capi, che dall' altro
geme,
E cigola, per vento, che va via.
Così di quella scheggia usciva
insieme
Parole, e sangue: ond' i lasciai
la cima
Cadere, e stetti, come l'uom, che
teme.

Id est:

Quare (*inquit Magister*) si tu vel tantillum ab una harum plantarum decerpferis, cogitationes tuae, quas foves, prorsus mutilae erunt. Tunc extendi parumper manum, & ramusculum de magna pruno detraxi, clamante trunco, cur me discindis? Postea sanguine fuscatus, denuo clamare occipit: cur me decerpis? nullumne sensum pietatis habes? Homines fuimus, nunc stirpes facti: magis pia debebat esse manus tua,

si vel animæ serpentum fuissimus. Quomodo torris viridis ab una extremitatum adustus , alterâ gemit , & abeunte vapore sibilat : ita hæc fractura sanguinem simul & verba edebat : unde demisso capite instar meticuloſi hominis astiti.

Etenim hæc talia obiter & sine magna attentione considerata , nugæ Poëtarum nugacissimæ , atque hunc in finem inventæ sunt, ut plebem pascant & rerum ignaros.

*Ma voi, che avete gl' intelletti
fani,*

Mirate la dottrina, che sì asconde

*Sotto il velame delli versi
strani.*

*Le cose belle (diceva il Berni) pre-
ziose, e care,*

Saporite, soavi, e delicate

Scō-

Scoperte in man non si debbon
portare,

Perchè da porci non sieno im-
brattate;

Dalla natura si vuole impara-
re,

Che ha le sue frutte, e le sue
cose armate

Di spine, e teste, e oss'a, e buccia,
e scorza,

Contra la violenza, ed alla for-
za.

Del ciel, degli animali, e degli u-
celli,

Ed ha nascosto sotto terra l'o-
ro,

E le gioie, e le perle, e gli altri
belli

Segreti agli uomini, perchè co-
sttin loro,

E son ben smemorati, e pazzi
quelli,

Che fuor portando palese il tesoro,

Par che chiamino i ladri, e gli assassini,

E 'l diavol, che gli spogli, e gli rovini.

Poich' anche par, che la giustizia voglia,

Dandosi il ben per premio, e guidardone

Della fatica, che quelche n'ha voglia,

Debb'a esser valentuomo, e non poltrone,

E pare anche, che gusto, e grazia accoglia

A vivande che sien per altro buone,

E le faccia più care, e più gradite

Un saporetto, con che sien condite.

Però

Però quando leggete l' Odissea,
E quelle guerre orrende, e di-
sperate,
E trovate ferita qualche Dea,
O qualche Dio, non vi scanda-
lizzate,
Che quel buon uom' altr' in-
tender volea
Per quel, che fuor dimostra alle
brigate,
Alle brigate goffe, agli animali,
Che con la vista non passan gli
occhiali.
E così qui non vi fermate in
queste
Scorze difuor; ma passate più
innanzi
Chè s' esserci altro sotto non
credeste,
Perdio aureste fatto pochi auan-
zi;
E di tenerle ben ragione areste
Sogni

Sogni d' infermi, e fole di romanzi;

Or dell' ingegno ogn' un la zappa pigli.

E sudi, e s' affatichi, e s' assottigli.

Id est:

At vos qui sanum habetis intellectum, doctrinam videte, quæ sub vellamine hujus miri carminis absconditur. Res pulchræ, (*Bernus ajebat*) pretiosæ, caræ, sapidæ, suaves, & delicatæ aperata manu gestandæ non sunt, ne à porcis conspurcentur. Naturâ utendum est magistrâ, quæ fructus suos & res contravim & injuriæ cœli, animalium & volatilium spinis armavit, ac restibus, nec non ossibus & cortice: & aurum, gemmas, uniones, aliaque pulchra hominum secreta sub terra abscondidit, ut in pretio apud illos sint. Et vehementer obliviosi & stulti sunt, qui thesaurum palam manibus gestando latrones, sicarios & diabolum ad spoliandum & perdendum invitare videntur: & ipsa justitia, dum bona loco premii, & remune-

munerationem labori tribuit, hoc velle
videtur, ut qui talia desiderat, fortis
sit, non iners. Præterea, ut epulæ aliis
acceptæ sint, gustum illis & gratiam
conciliare, easque magis caras & acce-
ptas reddere videtur embamma quod-
dam, quo condiantur. Quare ubi Odys-
sæ legeritis & horrenda illa ac despe-
rata bella, ac Deam quandam vel Deum
læsum inveneritis, nolite scandalizari:
etenim bonus ille homo aliud intelligi
volet per ea, quæ vulgo palam de-
monstrabat; vulgo inquam insulso, &
animalibus, quorum visus cum conspi-
cillis terminatur: ideoque nolite hære-
re in hoc externo cortice, sed penetrate
in interiora: nisi enim aliud subesse pu-
taretis, parum profecissetis, nec sine
ratione hæc talia pro ægrorum somniis,
& fabulosis nugis duceretis. Nunc inge-
nii ligonem quisque arripit, & sudat, &
defatigatur, & acuitur.

Et forte Virgilius, Dantes,
aliique Thusciæ Poëtæ fabulis
suis docere voluerunt, plantas
sensu plane destitutas non esse.
Oppido bene novi, nullam nec
pro

pro affirmativa nec pro negativa conjecturam, experimentum, vel rationem concludentem militare. Interim verum est, plantas aliorum animalium instar nutriri, crescere, semenque pariter suum & fructum producere; nec non anxie solem, & aperatum serenumque aërem quærire, & quo possunt meliore modo umbras noxias fugere, ac motu invisibili illas mutare: & quis scit, si non usque adeo alte in terris radicatæ essent, & pedes organaque vocis haberent, annon vitaturæ lædentem, & læsæ lamentis & versibus dolorem suum testaturæ essent.

Hac occasione mihi redit in mentem, me cum Mense Martio Liburni essem, pomum quodam, vel fructum quendam in fissu-

fissuris scopulorum radicatum
vidisse , magnitudine & figura
malum aurantium commune
referentem , ejusdem quo fungi
porcini coloris , sed à pescatori-
bus fungi marini nomine voca-
tum : hunc sublatum , cum in-
ternam ejusdem figuram videre
desiderarem , vix admoto cul-
tello pungere & secare cœpi ,
cum ad quamvis minimam se-
ctionem corrugando sese & con-
trahendo , manifestissima motus
& sensus indicia mihi exhibuit :
nec tamen interna ejusdem ca-
vitas , cuius latera ex candido la-
ctea erant , quidquam præter lim-
pidissimam falsi saporis aquam ,
& filamenta quædam contine-
bant , quæ ab uno latere in aliud
nullo ordine distendebantur . Et
spongiæ , quæ à maximis quibus-
dam

dām viris plantis accensentur,
an non contrahunt sese, & cor-
rugant, ubi tactu vel alias offen-
duntur?

In paralyſi quandoque acci-
dit, ut membrum aliquod perdi-
to sensu motum retineat libe-
rum, & contra, ut omnis aufera-
tur motus, sine ulla vel minima
læſione sensus. Jam posito hoc se-
cundo casu, quis diceret, mem-
brum paralyticum sensu dota-
tum esse, si os ægrotanti & vox
deesset, quę testari dolorem suum
ad ictus & incisuras chirurgi sa-
lutem suam procurantis posset?
Eadem ratione quis membrum
libere sese movens, sensu carere
diceret, nisi æger ipſe hoc testa-
retur? Quare motus, ubicunque
etiam inveniatur, certum sen-
sus, ut nonnulli volunt, argu-
men-

mentum non est. Quisque tamen id quod placuerit credat: mihi ut ad propositum meum redeam sufficit dixisse, me ob experimēta facta eo inclinare, ut credam, generationem vermium in herbis, arboribus & fructibus viventium, non casu, sed perpetua naturae lege fieri, & singulas vermium generationes postea in animalcula suæ speciei volitantis transmutari. Nec vero me continere possum, quin tibi unius vel alterius speciei nativitatem & transformationem describam, id quod lucem forte majorem huic rei fœnerabitur.

Omnes quasi cerasorum species, dum arbori cohærent, verminant, & quodcunque cerasum verminaverit, unum solum vermem habet, nec unquam in uno

uno solo ceraso duos inveni.
Vermis candidus, sine pedibus
& coniformis est, quales mu-
scas in principio hujus epistolæ
descriptas esse dixi. Dum ver-
mis est, nutritioni suæ incum-
bit, & augmento; nullo unquam
deposito ventris excremento: at
vero ubi debitam magnitudi-
nem acquisierit, dimisso natali
ceraso locum quærerit, ubi latere
possit, ibidemque sensim corru-
gatus, ducto putamine, servato-
que colore in ovum transforma-
tur candido-lacteum, ex quo nisi
exacto veris principio nihil na-
scitur: sed appropinquante æsta-
te musca prodit minor, nigri co-
loris, & tota pilosa: ac pili qui-
dem capitis & dorsi ut rariores,
ita his qui in ventre nascentur
prolixiores sunt. In dorso semi-
cir-

circulus apparet, aurei coloris, & caput transversim prætextatum est fascia aurea, unde vitta, procedit similis fasciæ, sed magis larga, & quæ maximam partem illius spatii tegit, quod inter utrumque oculum intercipitur. Oculi rübent, lineâ cincti aureâ. Alas habet candidas, maculis quibusdam transversalibus, intra leucopeum & nigrum colorem mediis, usque adeo eleganter insignitas, ut pennas accipitrис referant. Pedes habet sex, nigros & pilosos, ac circa juncturas auro decoratos. Quæ omnia ex ipsa figura melius perspicere poteris, quam hic subjungo, & quæ vermem primo, tum ovum in quod vermis transit, ac tandem muscam ex ovo prodeuntem repræsentat, idque non in
na-

naturali modo & exigua eorum
dem figura, sed majore etiam,
& magis distincta, prout illam
exhibuit unius vitri microsco-
pium.

Multum ab his cerasorum ver-
mibus illi differunt, qui in nu-
cibus avellanis, vel nucibus aliis
recentibus inveniuntur, ut qui
dimidium cylindrum, ex pluri-
bus dimidiatis & candidis annu-
lis compositum, referunt, & ca-
put habent cinereum & nitidum.
Tardiuscule incedunt, sex sub-
nixi pedibus minutissimis, qui
in tres ordines divisi, caput pro-
pius attingunt. Hos vermes, non
obstante exactissimâ quâ usus
sum cura, nunquam in anima-
lia volantia transformata vidi:
& potest fieri, (quod credo) ut
vermes nascantur, & quales sunt
ver-



vermes moriantur. Nonnullos eorundem seclusos detinui, qui sine cibi usu diu admodum vixerunt, speciatim unus & alter, qui à vigesimo quinto Julii in decimum usque Novembribus perdurarunt. Aliud quoque huic non multum absimile, sed majus, rubrum & pilosum vermium genus, quod in betæ foliis & capitibus allii invenire est, si in vasis occludatur diutissime vivit, nec unquam in animalcula alata transit: & verum est, unum ex his vermis exiguo vitro charta bene munito seclusum, à principio Augusti ad finem usque Maji vixisse. An vero hi nucum vermes à virtute prolificarum arborum generati sint, vel foris accesserint, id equidem haud facile determinaverim: sane enim quia omnes alii

M fru-

fructus vermes generant, conveniens videtur etiam nuces eosdem generare : ab altera parte argumentum haud leve suppeditat illos foris accedere, quod nuces omnes, quæ vermem continent, foramen habent callo vel protuberantia quadam obductum, quæ cicatrix fortassis est foraminis, à verme, dum per tenerum putamen in interiora, ipse tenellus, penetrat, facta: unde necessum est, ut cum crescente & indurato putamine illud restringatur & coarctetur, vermis exire volens de alio sibi majore foramine prospiciat: & hujusmodi foramen in omnibus illis nucibus invenies, ex quibus vermis vel abiit, vel cito abiturus est. Dubius igitur animi sum, quid credere debeam,

beam, nec certi quid statuere possum, utut doctissimi Philosophi authoritate mihi magis verisimile videatur, vermes nucum foris venire, nec intra nucem generari, quæ celeberrimi Joachimi Jungii Lubecensis sententia est in physicis suis dossoscopiis, à nobilissimæ famæ viro mihi-que amicissimo Martino Foghe-lio Hamburgense, collectis, & non sine eruditissimis annotatio-nibus editis.

Vermes prunorum, his qui in nucibus generantur simillimi sunt, nisi quod velocius incedunt, & coloris nonnunquam candidi, aliquando etiam rufi sunt. Intra pruna, ubi nati sunt, delitescunt, pulpa eorundem vicitantes, & excrementa ven-tris deponentes, tantisper, dum

M 2 per-

perfectum incrementum adepti fuerint, quo tempore nidum suum derelinquentes, fasciculum quisque sibi sericeum parat, ex quo postea papilio procedit, cinereus, quatuor apicibus alarum nigro puncto insignitis.

Vermes persicorum & pyrorum à prunorum vermibus nihil differunt, & factis fasciculis papilio prodit. Vigesimo quinto Junii in vase vitreo, charta sèpius duplicata optime clauso, decem numero vel duodecim vermes pyri superbi seposui, sed arrosa eodem die charta omnes abierunt: quare in sequente die alios duos in vase saccharo occluso seposui, qui statim superiora vasis petentes, nidos sibi suos texere coeperunt, ex quibus decimo quarto Julii totidem papiliones

nes prodierunt. Decimo sexto die ejusdem mensis tres alios vermes pyri sylvestris seposui, & hi quidem per biduum otiose egerunt: sed decimo octavo die opus aggressi, intra biduum vermium illorum unus ex nido suo progrediens, alium sibi denuo nidum struxit, unde tres prodierunt papiliones, sed diverso tempore. Primus enim sexto, secundus nono, tertius decimo quinto Augu-
sti natus est. Quare iteratis saepius experimentis deprehendi, pyro-
rum vermes ut plurimum per
dies octodecim in nidis suis sub-
sistere, ita tamen ut quandoque
hunc terminum quam longissi-
me excedant: quod si maturius
quam par est a pyris abstrahan-
tur, nidos nullos sibi parant, sed
intra paucos dies moriuntur.

M 3 Cæ-

Cæterum quia mentionem feci papilionum, ex vermis pyri & pruni generatorum, quæ rere mihi videris, utrum omnes papilionum species ab arboribus generentur, an vero ex conceptione matris ab ovis & vermis nascantur. Variant auctores hac in re, quare transmissis eorundem opinionibus id quod ego sentio, tibi breviter indicabo.

Papiliones masculi junguntur fœminis, & hæ à congressu illo impregnatæ magnam postea ovarum multitudinem ponunt, ex quibus vermes nascuntur, qui nobis *Bruchi*; Latinis *Erucae* vocantur. Hæ erucæ per certum temporis spatium foliis arborum & herbarum vivunt, & dum in eo sunt sæpius obdormiscunt, & spo-

spolia sua deponunt : at vero ubi
jam increverunt , nonnulli ni-
dum sibi ex serico parant , alii
nullo nido facto , corrugantur ,
indurescunt , & in chrysalides
transformantur , ac dum ita cor-
rugantur duo vel tria fila serica
emittunt , quibus trunco arbo-
ris vel saxo hoc vel illo firmiter
admodum alligantur : alterius
tamen generis alii , utut corru-
gentur , indurescant , & in chry-
salides mutantur , fila nulla emit-
tunt , nec ulli loco illigantur , sed
à vento huc atque illuc ferun-
tur . Denique ex nidis illis & chry-
salidibus nudi nascuntur , vel ut
melius dicam , velut ex sepulchro
foras procedunt papiliones , &
quælibet species certum suum &
determinatum tempus nativita-
tis habet : alia enim intra pau-

cos dies prodit: alia septimanas; menses aliquot alia moratur: & hæc tertia species, ubi chrysalidis figuram assumfit, & nudum sibi suum in fine veris præparavit, non ante subsequentis anni vernum tempus in papilio-nes mutatur: neque ex nudis chrysalibus semper papilio-nes, sed muscæ etiam aliquando generantur.

Noli mirari variam hanc nativitatem & transformationem, cum ipsi nihil præter erucas & vermes simus, ut jam eleganter de nobis cecinerit divinus noster Poëta

*Non v' accorgete voi, che noi siam vermi,
Nati a formar l' angelica farfalla.*

Id est:

Non meministis vermes nos esse, in
hoc natos, ut angelicum formemus pa-
pilionem?

Et quia multum me delectat,
ut tibi demonstrem, verum es-
se, quod dixi, age quidquid
mihi experimentorum circa eru-
carum & papilionum genera-
tionem captorum supereft, id pro-
ducam.

Cum quinto Junii pagum,
Montem Imperiale dictum, pe-
terem, in illicibus viarum ingen-
tem erucarum multitudinem de-
ambulantem vidi, quæ nonnun-
quam ex arboribus in terram me-
diantibus quibusdam filis serici
descendebat, & eorundem filo-
rum ope velociter sese in arbores
recipiebat. Magnam earundem
quantitatem per meos cepi, &

M 5 ani-

animadverti, in universum c-
mnes pilis duorum transverso-
rum digitorum longitudine ve-
stitas esse, partim nigris, partim
ferrugineis, & circa clunes qui-
dem punctis quatuordecim in-
star gemmularum rubrarum no-
tatae erant. Misit illas in arculas
quasdam, ubi per dies aliquot
foliis ilicis vicitarunt, & postea
deposita veste pilosa, ductis cir-
cum circa aliquot serici filis id
agere videbantur, ut nidum sibi
pararent, quem tamen, sive ob
defectum materiae, sive quod ar-
bitror, quia haec illarum natura
est, non perfecerunt, sed intra
hoc qualecunque involucrum in
chrysalides mutatae sunt, primo
subrubicundas, & postea nigri-
cantes, quae figuram coni refe-
rebant, cuius basis pilos minores
per-

perpaucos obtinebat. Vigesimo sexto Junii papiliones aliquot nascebantur , ejusdem cum illis, qui ex nidis sericis prodibant figuræ, nisi quod hi candidi erant, cum illi coloris essent subfuscī , intermicante nigro, plumulas in capite duas satis prolixas , & in extremitate ventris serici nigri quoddam velamentum gerentes. Sed vigesimo octavo die ex prædictis chrysalidibus exigui admodum & candidi aliquot papiliones nati sunt , quorum duo inter se coierunt , ex quo congressu fœmina longe plurima , minutissima & flavescentia ova posuit , ex quibus mense Ma-jo totidem erucæ minutissimæ prodierunt , quæ intra biduum omnes mortuæ sunt.

Primo Julii ad me delata est
M 6 eru-

eruca viridis, majuscula, inter
anfractus horti Bobolini inven-
ta: Pedes ut reliquæ fere omnes
sedecim habebat, quorum octo
gulæ, sex medio ventri, & duo
extremitati caudæ substerneban-
tur. Incisuras vel annulos qua-
tuordecim, & annulus quisque
maculas duas aureas, & baccas
habebat ejusdem coloris sex, ra-
ris, curtis, & nucis castaneæ co-
lorem imitantibus pilis dotatas.

Quinto Julii, cum per quatuor
dies nihil comedisset, nidum sibi
preparavit, ex candido serico, non
fine multa circum circa nidum,
ab acuminata parte apertum, se-
rici textura, ex quo sub finem
insequentis Maji papilio prodiit.

Quinto Julii super herbæ sola-
ni planta erucam inveni maxi-
mam: simul ac seposita erat, folia
illius

illius herbæ arrodere cœpit, & septimo ejusdem mensis exuvias deponens chrysalis permansit rubra, sed quæ paulatim obscurior facta, tandem nigricare cœpit: & ex hac chrysalide secundo Augu-
sti papilio natus est longe maxi-
mus, qui irritatus vespertilionis instar stridebat. Coloris erat au-
rei, sed alas, dorsum, ventrem, & caput totum niger color occupa-
bat, surgentibus duabus ex capi-
te nigricantibus plumulis: oculi
subfuscī, proboscis nigra videba-
tur, & cartilaginosa, & quæ pa-
pilonum reliquorum instar ori,
mediantibus multis annulis, ap-
posita erat: pedes sex, ubi pecto-
ri annexebantur, pilosi, & au-
rei coloris; articuli reliqui pu-
nicei erant. Sub finem pedum,
& per omnes pedum articulos

ungulæ apparebant, vel si ma-
vis unci. Sex tantum dies su-
pervixit.

Duodecimo Julii ad me dela-
tus est ramus quernus, in cuius
duobus foliis plus quam trigin-
ta erucæ, pilo curto & candido
opertæ; nec non per totum cor-
pus maculis flavis, aureis, leuco-
phæis, candidis & nigris varie-
gatæ convenienter & ordine
quiescebant. Caput colore nu-
cis castaneæ æmulabatur, splen-
didum, & in medio figura lite-
ræ Y insignitum. Omnes hæ
erucæ immobiles & quietè dor-
miebant, & in arculam capacem
demissæ, sub finem bidui exu-
vias deponebant, evigilantesque
statim folia quercus & æsculi,
illa tamen quam hæc avidius
manducare cœperunt, quo tem-
pore

pore in angulum arculæ secedentes, & per totum biduum somno oppressæ, positis denuo spoliis evigilarunt, & cum majores multo, multoque pilosiores evasissent, avide admodum & intemperanter vorabant, ad primum usque Augusti, quo die, omni præter expectationem repudiato cibo, velut attonitæ dormitientes, & debiles agebant, imminutoque corpore, & totæ pilosæ, sive punctim, sive tactu incitatæ, vix movebantur, tristibus & infirmis, illisque bombycibus similes, qui antequam opus & nidum suum aggrediuntur, ægrotantes & marcentes, à nostratis *Vaccæ* vocantur. Et hac quidem ratione in quarti noctem usque Augusti egerunt, quo tempore sex illarum erucarum depositis

positis denuo spoliis in chrysalides nigricantes mutatæ sunt, infantibus fasciâ devinctis simillimæ, nullo, ac ne minimo quidem emissò serici filo, quo firmare corpus ad latera vel operculum arculæ possent, id quod proximo mane animadversum, occasionem mihi præbuit videnti modum, quo erucæ in chrysalides mutantur. Et externa quidem spolia circa caput qua parte dorsum capiti appropinquans aliquanto altius eminet, in duas partes disrumpuntur, & hinc chrysalis agitando & movendo se semper prodit, actantis per se agitat & contorquet, dum spolia à capite ad caudam usque propulsaverit, quo tempore caput insigniter acutum, & cauda illum in modum attenuata appetet,

paret, ut finito hoc transmutationis opere chrysalis coni figuram assumserit, tota viridis, tenera, & tactui cedens, qui tamen color viridis, facto ab extremitate caudæ principio, sensim, sed evidenter per totum corpus in aureum, ac postea rubrum mutatur, indurescente semper inter has colorum mutationes pelle; ultima partium gula viridem in aureum colorem mutat, & ubi aureus gulæ color in rubicundum transierit, reliquum corpus nigrum, vel nigro proximum colorem assumpsit, totum indurescens: & hæc omnia dimidio horæ vel paulo majore temporis spatio absolvuntur, id quod sæpius & particulatim animadvertere mihi licuit. Erucis jam omnibus sexto Augusti in chrysalis-

salides mutatis, suam quæque figuram usque in ver proximum servavit, quo tempore circa finem Aprilis ejusdem generis papilioes successive, & servato ordine temporis, quo ex erucis in chrysalides abierant, nati sunt. Multi ex his papilionibus vix dum nati erant, cum ova sua, numero ut plurimum triginta quinque vel quadraginta aut circiter ponerent, coloris degeneris, sed in medio exili quodam puncto nigro notata, ex quibus defectu masculini seminis nihil unquam prodiit.

Vigesimo Julii super pruno inventa est eruca pascens, coloris crocei, usque adeo magna, ut tres quartas unciam penderet. Annulis constabat tredecim, quos inter gemmæ quædam cœruleæ

ruleæ & pilosæ micabant. Primus annulus, quo caput absol-
vebatur, sex istiusmodi geminas;
secundus, tertius, & quartus octo;
quintus, mutato ordine, septem;
& sextus, septimus, octavus, no-
nus, decimus & undecimus sex;
duodecimus quatuor, ultimus
vero nullam obtinebat. Præter
has pilosas gemmas annulus
quisque duas maculas candidas
nigra linea circumdatas habe-
bat. Eodem ipso suæ captivita-
tis die nidum sibi præparavit ea-
pacissimum, colore moschum
referentem, & qui setis potius
hispidosissimis, quam ex mate-
ria, quæ reliquis in usu est, con-
stare videbatur, nec tamen eo
minus arculæ usque adeo perti-
naciter adhærebat, ut sine maxi-
ma vi evelli non potuisset, utut

tex-

texturæ illius exterioris, quâ erūca illa viridis in componendo candido suo nido, ut supra videbatur, nihil adesset. Verum quidem est, utrumque nidum ab ea parte, qua in acumen transit, aper-tum fuisse: & ex hoc nostro circa finem Augusti papilio natus est longe maximus.

Septimo Augusti in arcula se-posui erucam, in fasciculo ru-tæ inventam: viridis erat, & ma-culis flavis, rubris & cœruleis conspersa. Eodem ipso die, folio, quod arculam claudebat, ad-hærens, immobilis persttit, emis-sis ex utroque latere duobus filis sericis, & a caudâ promanante nonnihil lanuginis. Totum folium occupaverat, servato co-lore & figura. In sequente die color ruber & cœruleus eva-nuit,

nuit, solo permanente viridi, indurataque eruca nullis depositis exuviis caput attollebat, cornibus ut videbatur dotatum, & circa humerum patellæ apparebant duæ, quales in macilentis hominibus solent: cauda etiam restricta & firmata erat, & circa eam totum corpus vertebatur. Exactis quatuordecim diebus papilio nascebatur, coloris flavi, prætextata, eleganter tam in corpore quam alis intermicante nigro. Alarum minores duæ in extremitate maculas duas rotundas & rubras; nonnullæ cæruleas, puniceo circumdatas habebant, & ab ultima ora duæ quasi appendices alarum caudæ propendebant, & à capite non jam pennæ duæ, sed totidem longissimæ,

mo-

mobiles, nigricantes, & circa apicem quam basin crassiores antennæ surgebant. Quinto die mortuus est.

Cum mense Septembri in loco, cui à colle Imperiali nomen est, morarer, magnam erucarum, ex viridi flavescentium, & maculis aliquot nigris candidisque instruetarum copiam colligi curavi; hi ramusculos brassicæ rodebant. Sepositis in arcula brassicam manducandam exhibui, & exacto quatriduo omnes fere operculum arculæ petentes ibidem immobiles hærebant: & nonnullæ quidem earum durante hoc tempore ova posuerunt minuta, & serico involuta. Cum jam per triduum immobiles stessent, non pellem totam, sed illam modo partem exuebant,

qua

qua caput tegebatur. Hinc mutari sensim figuræ , & indurescere cortex cœpit , donec eandem quam chrysalis rutæ formam assūmisſent, tenaciter arculæ adhærentes : etenim emisſo ab extremitate caudæ filo serico, duabusque aliis circa humerum arculæ annexebantur : & erant quibus sub gula filum nascebatur. Servarunt hanc figuram per totum veris tempus : appropinquate tamen Martio plures exsiccabantur, amisſo motu, quem incitatæ edere solebant : nec tamen eo minus haud paucæ numero vitam & motum conservarunt, quæ sub principium Maji derelicto ad arculæ operculum putamine prodierunt , in forma papilionum , ex viridi & flavo subalborum, duabus maculis nigris

gris & rotundis in alis superioribus, & totidem flavis cornibus in capite sese exerentibus, eadem qua in papilione rutæ methodo & ratione. At vero cum nonnullas mense Martio indu-ratas & motu privatas chrysalides aperirem, totum putamen vacuum inveni, illa parte exce-ptâ, quæ pectori respondebat, ubi ovum inveni coloris inter puniceum & rubrum medii, quod materiam continebat lacti vel albumini ovorum similem. Undecimo Maji ex omnibus his ovis muscæ nascebantur, illius generis, quæ frequenter per ædes nostras vagantur, torpentes, at-tonitæ & informes, instar illarum, de quibus in principio hujus epistolæ tibi scripsi, quod originem ex vermis carnium traxis-

traxissent. Hoc eodem tempore ex his minutissimis ovis totidem nigri & minutissimi culices, duabus in capite prominentibus nigris & longissimis antennis prodierunt.

Plura alia experimentis captis observaveram, sed per incuriam evenit, ut observationum illarum folia aliquot amitterem: ergo parum fidendo memoriae meæ, narrare tibi incipiam, posse fieri, ut arbor aliqua erucas generet, quæ postea in chrysalides, & successive in papiliones mutentur; quod tamen nec affirmo, neque nego: & ut quisque quod visum fuerit credere possit, referam tibi, me hoc ipso anno, mense Maio observasse, sub foliis viticis, ab illa parte, quæ magis rigida est, & terram

N spe-

spectat, baccas vel tubercula
viridia nasci, magnitudine ossis
cerasi, foliis leviter annexa, quæ
exeunte Majo rubrum colorem
assumunt, candido distinctum.
Hæc tubercula intus flavescent,
& cavitatem magnam habent,
in qua semper minutissima eru-
ca habitat, corpore candido, &
capite nucis castaneæ colorem
imitante, & quasi inaurato, quæ
in hac cavitate nutrimentum
quærit, & excrementa deponit.
Inde à principio Junii usque ad
principium Octobris id egi, ut
investigarem, verene ex his tu-
berculis prodirent, & in papilio-
nes mutarentur erucæ illæ : sed
nunquam usque adeo benignam
fortunam expertus sum, ut vel
unam solam invenirem, quæ in
vermem abiisset : & quanquam
plu-

plures seorsim seposuisse, irritus tamen conatus meus fuit, quando post duodecimum aut tertiumdecimum diem erucas in cavitate tuberculorum mortuas inveni.

Est aliud etiam viticis genus, quod baccas illas rubras in foliis non producit, sed illarum loco in ramis tumores vel callos quosdam protrudit, in quibus erucæ generantur, prioribus similes, sed quarum nec finem nec transformationem inveni.

Vigesimo nono Maii ad me allati sunt rami salicis, in quorum foliis nati erant tumores quidam virides, sed qui in rubrum colorem inclinabant. Hi tumores longi, & phaseolorum instar glabri erant, & diversum à baccis viticis situm habebant,

ut quæ ab illa facie foliorum na-
scuntur, quæ terram spectat, &
à foliis facile auferuntur; cum
hi salicis tumores ab utroque fo-
liorum latere eleventur, eo ipso
limbum acquirunt, omnesque
• juxta nervum majorem in me-
dio foliorum sedem suam obti-
nent, eorumque unus, duo &
quandoque tres in uno folio in-
veniuntur. Placuit aperire non-
nullos, & cavitatem inveni, in
qua eruca candida, illius instar,
quam in vitice inveni habita-
bat. Præterea observavi, horum
tumorum haud paucos perfora-
tos, nec in cavitate illa quic-
quam superesse præter excre-
menta erucæ absentis, id quod
mihi videndæ transformationis
spem fecit, sed vanam: utut
enim plurima folia cistellis quam
dili-

Tubercula foliorum Salicis.



Bacca rubræ foliorum Viticis



Pag. 293

diligentissime servarem, nulla tamen erucarum prodibat, & post aliquot dies mortuas illas inveni. Quod si tibi animus est videre figuras illarum plantarum & erucarum, de quarum nativitate, quod sciam, apud simplicistas mentio nulla fit, en tibi easdem optime delineatas, minores quidem erucarum prout naturaliter sese offerebant, ma jores vero prout exiguum & ordinarium microscopium illas exhibebat.

Alias erucas super aliis arboribus natas esse non novi. Virtuosissimus Pater Athanasius Kircherus libro duodecimo Mundi subterranei iterative scribit, morum è semine cujuscunque animalculi, in illius interiora penetrantis, gravidam, bombyces

N 3 ge-

generare : quod ipsum in causa est , cur ego , aliquique meo nomine quicquid circa Florentiam , pluresque alias Thusciæ civitates mororum est , accuratissima diligentia observaverimus ; sed nullum ibidem nati , aut signum nascituri bombycis unquam invenire potuimus . Aristoteles à brassica quotidie erucas generari voluit : sed neque hujusmodi generationem vidi : sæpius observavi , in foliis , ramisque brassicæ , & vicinarum herbarum à papilionibus magnam ovorum copiam depositam esse , ex quibus postea erucæ , & ex erucis chrysalides , ac tandem ex chrysalidibus papilioes nascuntur .


Quicunque herbas , arbores , & arborum rimas attente perlustrat , his similia sæpius ova in-

ve-

Calli culmorum

Viticis

Pag. 293



veniet : & memini me sub principium Maii in foliis sambuci non exiguam minutissimorum ovorum copiam invenisse , flavi coloris. Placuit videre, quid inde proditurum esset, & intra paucos dies totidem minutissimos vermiculos prodire vidi , quibus statim folia sambuci, ab ipsis avide devorata, exhibui. Crescebant sensim , assumto flavo colore , multisque maculis rubris : cauda eorundem medium lunam referebat : caput minutissimum & accuminatum erat : cum ambularent , crustas quasdam pedum loco ex imo ventre producebant. Major vermium pars vi gesimo Maii immobilis redde batur, planè abstinentendo ab omni cibo , servato eodem colore & figura : sed primo Junii sex ho
N 4 rum

rum vermium corrugantes sese, in ova mutabantur gibbosa & ferruginea. Ex ovorum illorum uno duodecimo Junii musca prodiit, ordinariis minor, alis duabus cartilaginosis, candidis & corporis longitudinem superantibus : pedibus flavis sex, & cornibus duobus è capite coloris ferruginei nonnihil prominentibus : dorsum ejusdem coloris erat, sed magis diluti, cui succedebat macula ingens flavi, ut videbatur, coloris. Reliqua pars ventris flavo vividoque colore tincta, lineisque transversalibus distincta erat. Statim ut nata erat hæc musca, stercus depositum candidum, & exacto bido mortua est.

Ova quinque reliqua septimo post primum die nascebantur,
in-

indeque prodibant muscæ, ejusdem quidem cum prima coloris, sed figuræ diversissimæ: quinque enim muscæ oblongæ, & tenues erant; alas quatuor, sed corporis longitudinem non æquantes, & pedes sex habebant, quorum duo quatuor reliquos longitudine plurimum superabant. A capite prodibant duæ longissimæ acutæque antennæ, ex pluribus nodis compositæ. Hæ muscæ, haud secus ac prima, statim, ubi natæ erant, stercus deponebant candidum, exacto quatriduo inoriebantur. Interim observavi, ova, in quæ hi vermes sambuci, ubi transformantur, sese corrugant, verme minora fieri, & muscam ex ovo prodeuntem ovo majorem esse, ut impossibile videatur, eandem ovo illo potuisse ca-


N 5 pi,

pi, necessumque sit, eam vehe-
menter coarctatam & restrictam
fuisse; & quia ingenium mihi
meum non suppeditat faculta-
tem exacte describendi hæc ani-
malcula, figuram tibi eorundem
juxta naturalem simul, & auctam
microscopii ordinarii uniusque
vitri ope delineatam magnitudi-
nem mitto.

Quod si, ut paulo ante scripsi,
generationem bombycum in
moro perspicere non potui, tan-
to minus confido, fore, ut ean-
dem in putrefactis carnibus ju-
venci, per viginti dies foliis mo-
rorum pasti, animadvertissem.

Poëta nobilissimus Hierony-
mus Vida ad imitationem Vir-
giliani carminis eleganter hanc
fabulam decantat.

Quod



Quod si spes generis defecerit
omnis ubique,

Seminaque aruerint Iovis im-
placabilis ira,

Sicut apes teneri reparantur cæ-
de juvenci.

Hic superaccedit tantum labor
ante Iuvencus

Bis denosque dies, bis denasque
ordine noctes

Graminis arcendus pastu, prohi-
bendus abundis.

Interea in stabulis tantum illi
pinguiamori

Sufficiunt folia, & lacenti cor-
tice ramus.

Viscera ubi cæsi fuerint lique-
facta, videbis

Bombycem fractis condensum
erumpere costis,

Atque globos toto tinearum ef-
fervere tergo,

Et veluti putres passim concrescere fungos.

Id quod duobus magnis & jure celeberrimis nostri seculi Philosophis Petro Gassendo, & P. Honorato Fabro, post Ulyssem Aldrovandum veritati consentaneum visum est. Quid dicam nescio : periculum ejus rei nullum feci , nec facere animus est. Bene scio , ex carnibus hædi , per dies viginti foliis mori saturati , nihil præter vermes , in muscas majores transformatos prodiisse : & contra ex ejusdem hædi carnibus seclusis prorsus nihil natum esse. Nec minus scio, super moris calefactis & putrefactis vermes nasci , qui suo tempore in muscas majores & ordinarias mutentur: & in fracidis mori foliis eadem ratione mu-


muscas ordinarias, nec non quatuor vel quinque culicum minutorum species, haud secus atque in aliis omnibus herbis nasci; ita tamen ut muscæ ordinariæ, & culices, semen antea suum eo deportarint, quo deficiente, ut alias dixi, neque ex herbis, neque ex carnibus putrefactis, vel qualicunque alia re, actu non vivente, quidquam nascetur. E contrario, quicquid vivit, & vere animatum est, intra se vermiculum producere poterit, eadem qua cerasa, pyra, pruna, gallæ, & echinati calices queruum, æsculorum, cerri, ilicis, & fagi ratione, in quibus vermes illi nascuntur, qui in muscas, papiliones, & illius generis animalcula volantia transmutantur.

N 7

Et

Et eadem forte, ut mihi persuadeo, ratione fieri poterit, ut in intestinis, & aliis hominum membris lumbrici & cirones, in felle & vasis hepatis arietum & vervecum id genus vermium, quod nostrates macellarii *Bisciuole* vocant; & in capite cervorum & arietum fastidiosissimi illi, qui ibidem inveniuntur, vermiculi nascantur. Et quia non nullis novum videri poterat, hepar vervecum quandoque verminosum esse, & cervorum capita vermes alere, libenter & brevibus tibi dicam, quæ observata mihi sunt, atque adeo tibi transmitto figuram vermium majorum utriusque generis.

Vermes vervecini vel arietini hepatis figuram habent seminis cucurbitæ, vel ut melius dicam exigui



exigui & tenuis myrti folii, cau-
liculo dotati. Colorem obti-
nent ex lacteo candidum, &
multi in illis translucent vas-
rum ramuli, vel canaliculæ ex
flavo virides. Os, vel si mavis
foramen habent rotundum, &
in planicie ventris haud procul
à caulinulo positum. Sæpius hi
vermes vervecini in cista fel-
lis inveniuntur, nec in felle mo-
do, sed omnibus hepatis vasis
natant, solis arteriis exceptis,
ubi nunquam illos vidi. Puta-
verim tamen in cista illos na-
sci, & quod rodendo viam sibi
faciant, ex canulinulo fellis in
canalem sanguinis progredien-
tes, ubi nimis multiplicati, in-
ternam hepatis substantiam ar-
rodunt, ibique cavernas agunt,
in quas sanguis bile mixtus re-
gur-

gurgitans paludem facit, colorem assumens ex viridi & ferrugineo mistum, & aspectu fœdum valde & ingratum, nec non amari admodum saporis: quare si quis hoc opus attente consideraret, ægre admodum ex abominando istiusmodi hepate paratum, ut vulgo fit, cibum, utut à macellariis antea probe munitum, admitteret.

Vermium in capite cervi natorum magnus & sapientissimus Aristoteles, capite xv. libri secundi historiæ animalium, his verbis meminit: Cervi omnes vivos in capite vermes habent, sub lingua, in cavitate quadam, illi vertebræ, qua caput collo annexatur vicina natos. Magnitudine maximis eorum, qui ex quovis putrefactæ carnis genere produ-

cun-

cuntur æquales sunt, & frequenter viginti aut circiter eorundem inveniuntur. Ego curiose illos in cervis tam proiectæ ætatis, quam junioribus, qui *Fusoni* venatoribus vocantur, quæsivi, & quasi in omnibus illos inveni. Dico quasi in omnibus : revera enim nonnunquam istiusmodi capita tractavi, quæ prorsus nullum vermem continerent, id quod vigesimo septimo Februarii mihi accidit, ubi ex decem numero capitibus, jussu meo apertis, novem verminosa, unum ab illo fastidio liberum inveni : & paucos post dies ex juniorum seu Fusonum sex capitibus quatuor tantum inventa sunt, quæ vermes continerent. Aristoteles illos, quod ad magnitudinem, cum his confert, qui in putrefactis

factis carnibus inveniuntur

E perchè egli è Aristotele bisogna Credergli ancorchè dica la menzogna.

Id est :

Et quia Aristoteles est, vel mentienti fides habenda est.

Mihi tamen cervini vermes citra comparationem longe maiores & diversissimæ ab illis figuræ videntur : dimidiati enim cylindri formam hi cervorum vermes obtinent, circa partem inferiorem, quæ terram respicit, plani, quoad superiorem elevati & candidi, sed multis pilosorum semiannullorum lineis insigniti, pilis ipsis ferrugineum colorem referentibus. Duo in capite candida & minutissima cornua gerunt, quæ cochlearum instar,

instar, ubi lubitum est, vel contrahunt, vel emittunt, iisque ducis loco utuntur. Sub his cornibus unci minores duo inveniuntur, nigri, duri, & non sine magna titillatione & molestia vehementer pungentes : atque his uncis, ut videtur, dum ambulant utuntur, figentes illos primo, ac tum demum attracto corpore, sine pedibus serpentes. Extremitas illa, per quam excrementa ventris deponere solent, transversum canaliculum habet, duabus maculis nigris, instar lunæ dimidiæ notatum. Non est determinatus corundem numerus, & quamquam Aristoteles viginti circiter numeret, ego tamen in uno solo capite horum animalculorum triginta novem, nec unquam minus quam viginti inveni.

Pror-

Prorsus similes , quod ad extre²¹mam figuram , his vermibus illi sunt , qui in capitibus vervecum nascuntur , sed minores , & minus feri , minusque pilosi , & lineis tantum transversalibus nigerrimis , in corpore illo candido valde micantibus , distincti : nec tamen omnes , sed soli miores & adulti hoc nigro colore gaudent . Nigræ illæ duæ , dimidiā lunam referentes maculæ , quæ in altera extremitatum canaliculi , in cervis inveniuntur , nigræ quidem sunt in vermibus vervecum , sed perfecte circulares . Cavitatem quandam ossium frontis inhabitant , quibus cornua annexuntur . Inveni quoque eosdem in canali nasi , nec non in cavitate illa , quæ circa radicem cornuum est , ut jam veridicus

Cus fit Caporalis, qui in vita Mæcenatis, amoris naturam denotare volens, lepide scripsit :

Voglion molti, che Amor Dio degli Amori

Siasi mezzo fanciullo, e mezzo augello,

E si pasca di cuor come gli astori.

Altri che un verme sia, simile a quello,

Che nasce entro le corna de' castroni,

E gli raggira, e cava di cervello.

Id est:

Multi volunt, Amorem, amoris Deum, partim infantem, partim avem esse, & accipitris instar cor depascere: alii vermem esse volunt, illi similem, qui intra cornua vervecum nascitur, eosque circumagit, & sensu privat.

Et

Et pastores hos vermiculos in causa esse dicunt, cur verveces quandoque maniaci fiant, & œstro perciti videantur, dum in corundem capitibus asperius circumaguntur. Pauciores numero quam in cervis, & raro duodecim aut summum quindecim inveniuntur. Placeat autem tibi meminisse, me semper de eo agere, quod propriis oculis vidi, & si quid præterea est, qualecunque illud tandem sit, id nec negare me, nec affirmare.

Et fieri potest ut hæc ipsa vita, quæ in capitibus cervorum & vervecum istiusmodi animalcula producit, causa etiam sit nativitatis (quod negare non ausim) abominabilium illorum & odiosissimorum animalculorum, quæ Græcis Φθεῖρες, dicuntur,

tur, & extre^mhas hominum, quadrupedum, & volatilium partes infestant: at vero, si mihi licet referre cogitationes meas, huc feror, ut cum doctissimo Johanne Sperlingio credam, eadem ex ovis maternis mediante coitu fœcundatis nasci, & Aristoteles, & qui illum sequuntur moderni, ex ovis & lentibus nihil animalium nasci volunt, profecto decipiuntur: in infinitum enim multiplicantur, ut vanus labor mihi videatur, id probare velle, cum pili quadrupedum, & volatilium pennæ sæpius istiusmodi lentibus obseßæ sint, qui ut nonnunquam usque adeo minutæ sint, ut oculo opus sit perspicaci, ut dignoscantur; si tamen microscopium adhibeas, figuram eorundem optime consider-

fiderare, & foetos ab iis secerne-re licebit, ex quibus animal jam prodiit. Quod si quis obstinati nimis animi ab imaginaria microscopiorum illusione sibi me-tuit, ova videat pennis chrysaë-thi, tinnunculi & avis illius, qui quod frequenter inter vaccas ver-satur, *vaccago* nostris vocatur, & inter rapaces numeratur, an-nexa, & granulis panici haud paulo majora, & certior redde-tur, oculusque, per se nullius ope microscopii satisfacere sibi, & pulices in ovis ipsis bene for-matos videre poterit, id quo sæpius observare, atque inde discere mihi licuit, quam de-bile & ruinosum Aristotelis fun-damentum sit.

Affirmari, & forte citra inju-riam veritatis posset, viventia
O quæ-

quæque molestis hisce sordibus
subiecta esse. Plinius asinos ex-
cipere voluit, & oves; at si ve-
rum non scripsit, excusandus est,
alterius enim relationem sequi-
tur, Aristotelis scilicet, in libris
historiæ animalium, quam mul-
tis post seculis Thomas Moufe-
tus in celeberrimo suo insecto-
rum theatro confirmavit, ubi
cap. xxiii. libri primi, nolens ta-
xare profundissimum hunc Phi-
losophum, fatigare cerebrum, &
scribere maluit, asinum ob natu-
ralem pigritiem tarde moveri, &
raro sudare, ideoque pediculis
obnoxium non esse: sed postea
animadvertisens forte, frivolum
nimis, & nullius ponderis esse
hanc rationem, ad universale il-
lud, & omnibus applicabile, nec
unquam destituens antipathia
refu-

refugium decurrit: eo tamen non obstante pediculos alit afinus, & pediculorum afini simul & cameli figuram postea repræsentabimus. Oves autem pediculis obnoxias esse, quivis insulsus pastor novit, & Didimus lib. 18. de rebus rusticis clare, & post illum Jacobus Alfiruzabadi, in magno illo vocabulario docet, cui titulum Ægyptiaca voce Alcamus, id est Oceanus fecit.

Prædictus Moufetus ipsos et jam scarabæos hoc animalculorum genere torqueri refert, id quod ego, quanquam experientia destitutus facillime mihi persuadeo, cum plurimis oculatis testibus docere possim, ipsas etiam formicas ab hoc malo non exemptas esse, & singulas formicarum generationes singulare
O 2 quod-

quoddam genus horum animalium
culorum alere; sed acumine oculorum , & exquisitissimo microscopio opus est, ut optime dignoscantur , usque adeo minuti & fere invisibiles sunt , ut atomis annumerari posse credam. Alatarum formicarum pediculi, eandem quam gallinarum, tabula secunda delineatorum ; non alatarum , eandem quam turturis, tabula eadem adumbratorum , figuram obtinent.


Auctores historiæ naturalis referunt, & piscatores omnes affirmant, pisces etiam vario insectorum genere torqueri ; & pulices, pediculi, cimicesque marinii, nomina sunt, huic generi hominum notissima. Aristoteles id de delphinis & thunnis, alii de salmone & pisce gladio affir-
mant.

mant. Plinius generaliter ait,
Nulla res est, quæ non in mari
nascatur : animalcula ibi sunt
æstiva diversiorum, quæ fasti-
diosa velociter saltant, & quæ sub
pileis absconduntur. Cibum ex-
tra aquam quærentes, sæpius ag-
glomerata inveniuntur, & hæc
ipsa piscibus in mari somnum
interrumpere dicuntur: nonnul-
la etiam in quibusdam piscibus
nascuntur, quibus chalcis an-
numeratur. Ut eo facilius ad-
hærere tantæ authoritatis scri-
ptoribus possis, narrabo tibi, me
cum mense Martio circa scopu-
lum Melloriæ stellas marinas
& herinaceos marinos, scrutan-
dorum viscerum causa, conqui-
ri juberem, vidisse animalcula
quædam, spinis plurium herina-
ceorum adhærentia, & colore in

O 3 can-

cancrorum, figuram vero & magnitudinem porcellorum & asellorum terrestrium obtinentia, cornibus quidem carentia, sed quæ oculos haberent, nigros, & minutissimos duos, nec non pedes sexaginta subtilissimos, circa limbum corticis eorundem positos, & de his puto loqui Aristotelem capite tertio, libri secundi utilissimæ suæ animalium historiæ. Paucos post dies ubi armatura cancri marini conjungitur, insectum aliud affixum vidi, quod vulgus piscatorum scorpionem marinum vocat.

Casus ne fortuitus, an accidens ordinarium fuerit, non ausim dicere: nihilo tamen minus sententiæ Aristotelis subscribebam, affirmantis, insecta aquatica non in externis piscium partibus,



tibus, sed limo generari : atque
is mihi nidus videtur, ubi semi-
na insectorum deponuntur, & fo-
ventur. Generositate Serenissi-
mi Magni Ducis, Domini mei,
præterito veris tempore mihi
concessus est vitulus, ut vocant

O 4 ma-

marinus : vixit sine cibo, extra aquam, per septimanas integras quatuor, vixissetque diutius, nisi in usum theatri anatomici Pisani dissectus fuisset. Toto illo tempore, quo penes me fuit, in id incubuere mei, an in denso illo & deformi capillitio, quo vitulus ille totus tegitur, nidum sibi fecissent animalcula hæc vel illa, sed inventum est nihil. Econtra Mergi, seu Colimbi Græcorum, & qui vulgo *maran-goni* vocantur, omnesque aliæ aves, quæ in aquas sese demittunt; & sub aquis prædantur, ac in paludibus & stagnis agunt, magnam quantitatem pulicum, intra pennas earundem perpetim commorantium obtinent.

Quia denuo pulicum mentionem feci, extra metas propositi non

non erit, particulariter enarassemus, quid multorum experimentorum beneficio didicerim. Aves cujuscunque generis suos peculiares, proprios, determinatos, & plane diversos pulices habent. In accipitre tres diversas species, totidemque in gallina Numidica, vulgo Pharaonis dicta, inveni: in anate sylvestri, quam Marigianam nostri vocant, quatuor: in cygno, ansere sylvestri, tinnunculo, pluviale, duas. Verum tamen est, dari certum genus avium, quod his simillimos vel eosdem pulices habeat. Etenim chrysaëthus, & avis à vacarum consortio *vaccatio* dictus, æque ac tinnunculus magnos, tabula xi i i. delineatos habent: & hic quidem alios præterea, corvi pulicibus, tabula xvi. repræsen-

O s tatis,

tatis, quoad figuram non absi-
miles, sed coloris diversi; ille
alios pediculis asteriae minori-
bus simillimos. Nonnulli tardæ
& gallinæ corylorum pulices
maximam partem, si remotiore
loco spectentur, asteriae pulices
tab. I. designatos repræsentant.
In pico Martio & fringilla simi-
les sturni pulicibus, tab. II. exhi-
bitos, vidi, & in anate sylvestri
majore, quasi eosdem, qui in an-
sere sylvestri reperiuntur. Inter
gruis pennas pediculi nidulan-
tur illius figuræ, quam tabula III.
videre poteris, omnes candidi,
& Arabicis quasi characteribus,
vel notis numerorum picti. Ejus-
dem speciei inveniuntur in avi-
bus nonnullis, qui in horto *Bo-
bolino* nutriuntur, & nuper ex
Africa adveyti sunt, Mauris

BII

Bukottaia dicti , quos alteram gruum speciem esse puto , utut figura & pennarum colore grui- bus ordinariis simillimi, sed cor- pore nonnihil minore & magis tereti sint.

Omne genus avium peregri- narum , quæ in horto prædicto nutriuntur , observatum à meis est , sed in struthiocamelo nul- li unquam pulices inventi sunt , ac ne in ciconia quidem . Sed hoc fortuitum esse poterat in una & sola illa quæ aderat cico- nia , cum struthiocameli , duo- decim , & inter hos nonnulli re- cens ex Numidia advecti essent . Porro magnitudo pulicum non respondet magnitudini avium , sed apud aves majores diversi generis pulices invenias , ma- jores & minores , & memini

O 6 me

me in merula vidisse, qui non cederent magnitudini pulicum cygni.

Si pulices superne respicias, oris nulla vestigia videbis: sed si illos invertas, os deprehendes situm ab illo latere proboscidis, quod terram respicit, & formam habet duorum forcipum, eadem fere qua teredo ratione: figuram videsis tabula viii. quæ pulicem cygni repræsentat. Brevibus: pulicum genera usque adeo diversa, mira, & alia ab aliis distincta sunt, ut satius duxerim, nonnulla per Dⁿ. Filizium Pizzichum delineata, & postea pro ratione temporis æri incisa exhibere, quam longo & tædioso discursu ea describere. Colorem quod attinet, eundem ut plurimum, aut maxime similem, pen-

nis

nis avium obtinent. Verum est, me illam fovere opinionem, dictatam ab experientia, quod pulices, dum ex lentibus prodeunt, candidi nascantur, sed postea crescendo pedetentim & insensibiliter colorem assumant; ita tamen, ut servata pelluciditate corporis ope microscopii simul motus viscerum, & fluctuans in illis liquor perspici oppido bene possint: & ut eo melius de ratione magnitudinis horum insectorum conjecturam capere possis, uno eodemque trium vitrorum microscopio, Romæ laudabiliter, & non sine exquisita industria ab Eustachio Divini elaborato, usus sum semper.

Hujus microscopii ope tria formicarum non alatarum quæ in Thuscia inveniuntur genera

O 7 re-

repræsentata sunt, nec non curculio, & vermiculus qui condita arrodit, & qui pilos dorsumque hominis perambulat, itemque ille qui inter pilos inguinis delitescit: pediculus præterea asini & cameli, nec non arietis Africani, recens ex Numidia advecti, ejusdem cum Fisano vervece magnitudinis & figuræ, auresque non minus largas & pendentes, caudamque tenuem, & in terram usque propendentem, trahentis, sed qui duobus magnis cornibus armatus, & pilos quam capræ magis prolixos, crassos & hispidos obtinens, alterius & diversæ generationis esse apprehenditur. Eadem ratione designatus est pulex capreoli & tigridis, cui similem figuram pulex leonis habet, excepto colore &

ma-

magnitudine; leonis enim major, & coloris, præterquam in una parte, spadicei est, ubi gibbus cernitur coloris cervini obscurioris, quo eodem colore pulex tigridis ubique tintus est. Inquisivi per meos, an tigrides etiam à pediculis infestarentur, sed nullos unquam repererunt; idemque de leonibus pardis, ursis, ichneumonibus, muribus odoratis, felibus Africanis sylvestribus dico, quod genus animalium ex antiqua & regali consuetudine in arce Serenissimi Magni Ducis detinetur: nec tamen negaverim, posse fieri, ut pediculos habeant; id tantum affirmo, quæcunque hic nunc quidem sunt animalia, pediculis carere, aut illam, quam adhiberi par erat diligentiam, adhibitam non esse: etenim

etenim circa tigrides & leones
ludere, istiusmodi artificium est,
quod nemo facile exercere velit.

Cum calatum apprehende-
rem, animus erat epistolam ti-
bi scribere convenientem : sed
postquam epistolæ limites, ne-
scio qua ratione, quam longissi-
me transgressus sum, librum fe-
re, & stylo quidem quandoque
arido & jejuno exaravi, ut jam
crimini illud mihi à multis non
sine ratione, quod fateor, dari
possit. Nec tamen quenquam
ægre ferre velim, quod liberius
forte meum super celeberrimo-
rum hujus & præteriti ævi Phi-
losophorum sententia judicium
protulerim : cuivis enim id quod
magis placuerit sequi licet : nec
indecoram esse, aut existimatio-
ni & reverentiæ, quam illis de-
beo,

beo , præjudicare hanc proce-
dendi viam putaverim : quin nisi
qui tyrannidem affectat , ægre
ferre hanc in Republica Philo-
sophica circa naturales specula-
tiones ratiocinandi libertatem
non debet , cum præter inquisi-
tionem veritatis nihil aliud spe-
ctet , quæ ut Seneca ait *omnibus
patet , nondum est occupata : qui
antenos fuerunt , non domini , sed
duces sunt : multum ex illa etiam
futuris relictum est.* Ego id ago ,
ut particulam quandam illarum
ingentium reliquiarum colli-
gam , atque id solum me male
habet , quod exiguae meæ vires
non respondent maximis illis
commodis , quibus per supre-
mam Serenissimi Magni Ducis ,
unici Domini mei indulgen-
tiam fruor : eveniet tamen , ut
qui-

quidem spero facile, ut deposita
ruditate & recollectis viribus of-
ferre tanto Protectori, quod Re-
gali ejusdem magnitudine non
usque adeo indignum sit pos-
sim. Interim certus sis, hanc sive
epistolam, vel si id mavis hunc li-
brum ad te non laudis deside-
rio, sed ut emendetur pervenisse,
id quod calidis votis à te peto,
satis gnarus

*Nomen meum hactenus parum
resonare.*

F I N I S.

AD BIBLIOPEGVM.

*Noverit Bibliopagus viginti octo tabulas, numeris
I. II. usque ad XXVIII. insignatas, juxta seriem nu-
merorum hic immediate ante Indices inserendas esse.*


ELEN-

Pulices Accipitris



Tab. I

Pulex Columbæ majoris



Turturis



Gallinæ




Sturni



Tab. 11

Pulex Grui s



Tab. 111

Pulices Fulicæ

Fig. I.



Fig. II.




Fig. III.




Tab. IV

Pulex Picæ




Tab. v

Pulex Ardeæ



Tab. vi

Pulex Albardeolæ




Tab. vii

Pulex Cygni



Tab. VIII


Pulex Anatis Turcicæ



Pulex Lari




Pulex cygni se-
cundi generis



Tab. ix

Pulices Anseris
sylvestris



Tab. x


Pulices avis Pluvialis



Tab. xi




Pulex Querquedulæ




Tab. XII

Pulex Timmunculi




Tab. xiiii

Pulex Pavonis



Tab. XIV


Pulex albi Pavonis



Tab. xv


Pulex Capi

Pulex Corvi




Tab. xvi

Pulex Sturni candidi




Tab. xvii

Pediculus ordinarius




Tab. xviii

Pediculus inguinalis



Pediculus Capreoli




Tab. xix

Pediculus Cameli




Tab. xx

Pediculus Afini



Tab. xxi


*Pediculus arietis
Africani*



*Pediculus Gallinæ
Africanæ*




Tab. xxxii



Tab. xxiii

Vermis vel pediculus Tigridis




Tab. xxiv

Curculio




Tab. xxv

Formica prima




Tab. xxvi

Formica secunda



Tab. xxvii

Formica tertia Italis ab incurvata
cauda Ricciacula dicta



Tab . xxviii

ELENCHVS AVTHORVM
quorum mentio in hoc opere.

A.

A elianus.	65. 88. 95. 96. 101. 111. 124. 127. 148. 155. 198
<i>Albertus Magnus.</i>	82
<i>Alcamus.</i>	315
<i>Alcazuinus.</i>	167
<i>Aldrovandus.</i>	79. 118. 125. 154. 300
<i>Alexander Aphrodisaeus.</i>	154
<i>Anaxagoras magister Archelai.</i>	10. 246
<i>Anaximander.</i>	14
<i>Antigonus Caristius.</i>	64. 101. 103. 113
<i>Apollonius Rhodius.</i>	18
<i>Apollodorus.</i>	118
<i>Apuleius.</i>	169
<i>Archelaus.</i>	10. 77
<i>Ariostus.</i>	13. 220. 249
<i>Aristoteles.</i>	83. 88. 110. 112. 171. 209. 246. 294. 305. 308. 312. 313. 316. 318
<i>S. Augustinus.</i>	246
<i>Avicenna.</i>	110. 116. 144

B.

B andinus (Dominicus.)	125
<i>Bartholinus.</i>	80. 105
<i>S. Basilius.</i>	124
<i>Baubinus (Iohannes.)</i>	172
<i>Berni.</i>	249. 252
<i>Bibliotheca Photiana.</i>	96, 209
	Blan-

I N D E X

<i>Blancanus (Iosephus.)</i>	170. 177. 178
<i>Bochartus (Samuel.)</i>	85. 117. 118
<i>Bojardus.</i>	249
<i>Bruerus.</i>	168

C.

C ampanella (<i>Thomas.</i>)	247
C aporalis (<i>Cæsar.</i>)	310
<i>Cardanus.</i>	79. 102
<i>Carolus Maurellus.</i>	134
<i>Castor Durandes.</i>	172
<i>Celsus.</i>	63
<i>Cherlerus (Henricus.)</i>	172
<i>Clusius (Carolus.)</i>	214
<i>Cointus Smirnæus.</i>	93. 98
<i>Columella.</i>	63. 65. 90. 91
<i>Constantinus Pogonatus.</i>	67

D.

D amir.	167
D antes. 4. 24. 93. 201. 249. 257. 272	
<i>Dati (Carolus.)</i>	167
<i>Demetrius.</i>	118
<i>Democritus.</i>	14. 67. 245
<i>Didimus.</i>	88
<i>Digbi.</i>	55
<i>Dingenes Laërtius.</i>	10. 249
<i>Dioscorides.</i>	226

E.

E manuel Philo.	88
E mpedocles.	10. 245
<i>Epicurus.</i>	10. 14
<i>Epi-</i>	

A V T H O R V M.

<i>Epiphanius.</i>	249
<i>Eustachius Divini.</i>	326
F.	
F aber (<i>Honoratus.</i>)	60. 82. 107. 172.
	200. 300
<i>Florentinus.</i>	67. 79
<i>Foghelius (Martinus.)</i>	267
<i>Furenius (Thomas.)</i>	111
<i>Franciscus Albergottus.</i>	86
<i>Franciscus Follus.</i>	80
<i>Franzius.</i>	87
G.	
G Alenus. 22. 65. 109. 110. 124. 127. 154	
<i>Gassendus (Petrus.)</i>	78. 181. 232. 300
<i>Georgius Pachimerus.</i>	102
<i>Georgius Pisida.</i>	55. 77
<i>Grembs.</i>	80
<i>Grevinus.</i>	104
<i>Gorraus.</i>	H. 118
H Arvæus (<i>Guilhelmus.</i>)	19. 21
<i>Helmontius.</i>	107
<i>Herodotus.</i>	86
<i>S. Hieronymus.</i>	124
<i>Hieronymus Vida.</i>	298
<i>Hiob.</i>	150
<i>Hofferus (Wolfgangus.)</i>	107
<i>Hollerius (Iacobus.)</i>	108. 109
<i>Homerus.</i>	43. 95. 188
<i>Horatius Ricasolus Ruccellaius.</i>	247
<i>Horus.</i>	103
	<i>Iacobus</i>

I N D E X

I.

I acobus Alfiruzabadi.	315
I ohannes Ionstonus.	79. 224
I ohannes Michaël Fehrius.	109
I ohannes Pagnius.	120. 128
I ohannes Baptista Porta.	102. 104. 107. 144
I ohannes Rhodius.	111. 114
I ohannes Ruccellaius.	68
I sidorus.	102. 155. 168
I ungius (Ioachimus.)	267

K.

K emal Eddin. Muallmmed. &c.	132. 166
K iranides.	152
K ircherus (Athanasius.)	51. 52. 54. 62. 81.
107. 143. 145. 147. 166. 172. 204. 206.	210. 213. 214. 224

L.

L actantius.	9
L andus.	102
L eo Africanus.	133
L icetus (Fortunius.)	79. 104. 107. 110. 148
L ucianus.	152. 154

M.

M acrobius.	132. 198
M ago.	63
M anichæi.	246
M artialis.	54
M arthiolus.	107. 172. 173. 175
M enagijs (Ægidius.)	99. 249
M ichaël Curopalates.	88

Mou-

A V T H O R V M.

Moufetus (Thomas.) 79. 93. 102. 104. 165.
166. 168. 170. 175. 314. 315
N.

N	<i>Icander.</i>	77. 98. 101. 117
	<i>Nicandri Scholiastes.</i>	102. 118. 124. 127
	<i>Nicolaus Stenonis.</i>	136. 218
	<i>Nierenbergius (Eusebius.)</i>	104. 107
	O.	

O	<i>Limpiodorus.</i>	102
	<i>Origenes.</i>	77. 248
	<i>Ovidius.</i>	64. 77. 101. 104. 106. 124.
	P.	196. 199
P	<i>Aladius.</i>	93
	<i>Paracelsus.</i>	54
	<i>Petronius.</i>	245
	<i>Petrus Crescentius.</i>	79. 91
	<i>Philander Cous.</i>	77
	<i>Philo Hebraus.</i>	78
	<i>Philo Tarsensis.</i>	77
	<i>Pincianus.</i>	90
	<i>Plato.</i>	10. 245
	<i>Plinius.</i>	63. 83. 88. 89. 90. 91. 94. 101. 102.
		104. 106. 111. 112. 113. 115. 116. 117.
		124. 141. 148. 155. 166. 168. 195. 198.
		199. 203. 207. 226. 227. 248. 314. 317
	<i>Plotinus.</i>	247
	<i>Plutarchus.</i>	78. 101. 166. 198
	<i>Pythagoras.</i>	148. 245. 248
	<i>Pomponius Mela.</i>	196
	<i>Pricens.</i>	170
	<i>Rabbi</i>	

INDEX AVTHORVM.

R.

R	<i>Abbi Salomon.</i>	84
	<i>Rondeletius.</i>	207

S.

S	<i>Achs (Philip. Jacob.)</i>	80. 105. 106
	<i>Scaliger.</i>	59. 60
	<i>Seneca.</i>	329
	<i>Servius Grammaticus.</i>	102
	<i>Severinus (Marc. Aurel.)</i>	149
	<i>Soranus.</i>	86
	<i>Sperlingius (Iohannes Bapt.)</i>	60. 61. 62. 80. 154. 312
	<i>Steno.</i>	136. 218
	<i>Strabo.</i>	117

T.

T	<i>Almudistæ.</i>	117
	<i>Tertullianus.</i>	123. 124. 132. 169. 226
	<i>Theocriti Scholiastes.</i>	144
	<i>Theophrastus.</i>	96. 97. 209

V.

V	<i>Arre.</i>	22. 63. 64. 67. 77. 88. 92. 101
	<i>Veslingius (Iohannes.)</i>	247
	<i>Vincentius Manuccius.</i>	247
	<i>Virgilius.</i>	65. 67. 68. 78. 79. 92. 101. 169. 257. 298
	<i>Vossius (Gerardus Iohannes.)</i>	80

Z.

Z	<i>Acharias Ben Muahammed.</i>	167
	<i>Zareta (baldæus.</i>	248
	<i>Zeres.</i>	228

F I N I S.

INDEX RERVM

notabilium.

- | | A. | ejus pulices. <i>ibid.</i> |
|--------------------------------|----|-----------------------------|
| A gyptii & Æthio- | | Aper apri mortui car- |
| pes generatio- | | nnes absumit. 162 |
| nem hominum ex terra | | Apes non prodeunt ex |
| suæ regioni adscribe- | | carnibus tauri putre- |
| bant. 9 | | factis, 63. 98. neque |
| A nas Sylvestris ma- | | ex stercore bovino, |
| jor. 322 | | 81. quomodo natæ ex |
| Anaximandri opinio | | Leone occiso à Sam- |
| circa generationem | | sone, 85. 86. artifi- |
| hominum exterra. 14 | | cia seu modi varii ad |
| A nguillæ non nascun- | | producendas apes ad- |
| tur sua sponte ex ca- | | hibiti, 63. usque 74. |
| dayere humano. 149 | | diversam à crabroni- |
| A lbardeola, ejusque | | bus habent naturam, |
| pulices, <i>tab. vii</i> . 92 | | |
| A nimalia mortua non | | Apes non nascuntur ex |
| verminant. 62 | | carnibus Leonum, |
| A nimalia à viperis, & | | 83. <i>seqq.</i> non attin- |
| scorpionibus tacta, | | gunt carnes mortuas, |
| vel terribilissimo peti- | | 87. mortuæ non re- |
| veneno infecta tuto | | viviscunt, 155. non |
| comedi possunt. 138 | | generantur aut evo- |
| A nimalia an devorent | | muntur à serpentibus |
| individua propriæ | | Russie, & Podolie, 98 |
| speciei. 161 | | Apum ferocia, 83 |
| A nser Sylvestris, 321. | | Apum examen in ca- |
| | | P da- |

I N D E X

- davere Leonis. 83. in Asini an à pediculis in-
sepulchro Hippocra- festentur, 314. ho-
tis, *ibid.* rum figura expressa
Aquila percussa à scor- tab. xxii.
pione Tunetano, 140 Athenienses cur aureas
ejus pulices, 321 cicadarum imagines
Aranei non nascuntur pileis affixas gere-
ex terra, 15. quamdiu rent, 10. primos ho-
vivant absque ali- mines ex terra in
mento, 160. 165. exu- Græcia natos autu-
vias deponunt, *ibid.* mabant, *ibid.*
nidus eorum, 166. ra- B.
rus modus figendi **B** Accæ rubræ in fo-
fila, *ibid.* ubi conser- liis viticis, 291
vetur materia stami- *Barbi*, 38. culices ex
nis illorum, 108. ova iis nati, 41
& non vermes depo- Bombyces non gene-
nunt, 171. non na- rantur ex carnibus
scuntur ex putredine, putrefacti juvenci,
ibid. non oriuntur ex 298
gallis quercuum, 172 Bruchi, *vide* Erucæ.
quomodo extremita- Bryonia. 210
tes telæ suæ dedu- *Bukottaia*. 323
cant, 175. 176. mor- C.
tui verminant, 180
Arbores insecta pro-
ducentes, 235
Arcades, corumque
opinio circa genera-
tionem hominum, 9 Capillos mulierum in-
ser-

R E R V M.

- serpentes non trans- Cervum dextrum cor-
 mutari, . 144. 145 nu occultare ubi de-
Caseus quomodo ver- cedit mera fabula, 97
 minet, 188 ejus pediculi expressi
Carnes putrefactæ ni- tab. xxiiii.
 dum solummodo Ciconia, 323
 præbent in quem ab Cirones in felle & va-
 animalibus deferan- sis hepatis arietum &
 tur vermes, ova, vel vervecum. 302
 quodcunque aliud Clematis vel vitalba,
 vermium semen, 26 214. ejus figura, *ibid.*
Carnes putrefactæ in *Codacavallina*. 210
 lagenis occisis re- Colimbi. 319
 positæ, non vermi- Commentatores in Ni-
 nant, 47. 57 candrum, 102. 117.
Cerasa verminantia u- 124. 127. calabrones
 nicum producunt ver- ex pelle equina or-
 mem, 261. cuius figu- tum traxisse existi-
 ra exprimitur, 264. mant. 102
 ejus transformatio. Copia scorpionum in
 262 Italia, 115. ejus in-
Cerasorum omnes qua- opia tempore Plinii.
 si species verminant, *ibid.*
 261 Corvus, ejusque puli-
Cicadæ non nascuntur ces, 322. tab. xvi.
 ex terra, 15 Coturnices an gene-
Cavallucci genus ver- rentur ex carnibus
 miculorum, 215. il- putrefactis thunni.
 lorum historia, 216. 152
 Seqq. figura expres- Crabrones avide gu-
 fa, 225 stant

I N D . E X

stant quicquid carniū aut cadaverum illis apponitur, 92. diversam ab apibus habent naturam, *ibid.* culices & apes obstinate persequuntur, 98. an nativitatem suam debeant certae carnis putrefacte speciei, 101. originem non trahunt ex carnis equinis, *ibid.* nec ex cerebro asini, 103. aut ex mulis. *ibid.*

Crocodilus mortuus non generat vespas aut scorpiones, 103

Culices ex Barbis nati, 41. non crescunt, sed eam quam nativitatis tempore habent magnitudinem semper servant. 53

Curculio, 316. ejus figura expressa *tab. xxv.*

D.

Democriti opinio de generatione hominis, 14

E.

ERUCÆ sive bruchi, 30. eorum varia transformatio in papilioes, 267. *seqq.* diversa experimenta circa erucarum & papilionum generationem, 273. *seqq.* an generentur ex plantis, 273. usque 289 ERUCÆ viticis, 289. salicis, 291. earum historia & figura, *ibid.* usque 263. an nascentur in moro & brasifca, 293. 294

Excrementa muscarum, 43. 47. 61. 180

Ex cancris non nascentur scorpiones, 104

Experimenta varia circa generationem erucarum & papilionum, 273. *seqq.*

F.

FELes castrati prios testiculos deglutiunt, 163. & fœminæ quandoque filio-

R E R V M.

filiolos recens natos Gallina aquatica per-	
devorant, <i>ibid.</i> cussa à scorpione, 140	
Feles Africani Sylve- Gallina corylorum,	
stres, 327 322	
Florentia quot libras Gallina Numidica, vul-	
scorpionum singulis go Pharaonis dicta,	
annis in confiendo 321. ejus pulices	
oleo contra venena tab. xxii.	
absumat, 115. 116 <i>Gavonchi</i> , species an-	
Formicæ an nascantur guillarum, 164. an-	
ex terra, 15. 16. pedi- guillas nobiliores de-	
culos habent, 315. vorat, <i>ibid.</i>	
horum figura, 316 Generatio insectorum,	
Formicæ alatæ, 316 16. 17. authoris opi-	
Formicarum non ala- nio, 24. 25	
tarum tria genera in Grus, 322. ejus pedi-	
Thuscia inventa, 326. culi tab. 111.	
earum figura. <i>tabula</i> Grus Balearica, 323	
xxvi. xxvii. xxviii Gutta in cuspidi acu-	
Fuci non nascuntur ex lei scorpionum colo-	
afinis, 102 ris candidi, 137	
Fungus marinus sensu H.	
præditus, 259. ejus H Erbæ omnes se-	
descriptio, <i>ibid.</i> mine vermium	
G. infectæ verminant,	
G Allæ majores 226. sub una eadem-	
minoresque quid que herba quando-	
producant, 235. G que plura nascuntur	
seqq. & quomodo, animalia, <i>ibid.</i>	
<i>ibid.</i> Herinacei marini, 317	
P 3 Hi-	

I N D E X

Historia variorum fructuum & animalium, quæ ex quercubus aliisque arboribus generantur, 243
Homines ex carne humana resuscitari possunt est. 53

I.

Insecta quomodo generentur in luto. 202. 203. in arboribus & herbis, 232

Insectorum generatio, 16. 17. authoris opinio, 24. 25

L.

Leo alterius leonis carnes depascit, 162. ejus pulex, 327

Lignum putridum non generat scorpiones, 110

Linx urinam suam è conspectu hominum subtrahit, 97. an ob invidiam id faciat an præ timore, *ibid.*

Locustæ non generan-

tur ex carnibus thunni, 152. quomodo nascantur, 203
Lucerta mortua non generat viperas, 144
Lucius lucium voraciter insequitur, 163
Lumbrici, 23. quomodo generentur in corporibus viventibus, 302. 303
Lumbrici in felle & vasis hepatis arietum & vervecum, 302

M.

Marangoni quid, 320

Marigiana quid, 321.
ejus pulices, *ibid.*
Merula, 324. ejus pulices, *ibid.*

Musca cujus nulla mention apud Historicos, 33

Muscæ quanto tempore sine cibo vivere possint, 158. araneos mortuos comedunt, 180

Muscæ, 23. non nascuntur

R E R V M.

- tur ex terra, *ibid.* 5 43. 47. 61. 180
seqq. sed ex vermibus Muscis cælis, & in vase
 diversarum carnium, clauso sepositis, quid
 41. 5 *seqq.* ex vermi- inde generetur, 50. 51
 bus sambuci, 295. ea- N.
 rum figuræ expressæ, 298. non oriuntur **N** Ilus, ejusque in-
 ex cadaveribus alia- undatio, 196
 rum muscarum, 52. Nuces, ejusque ver-
 non crescunt, sed ean- mes, 266
 dem magnitudinem O.
 quam ex ovis produ- **O** Bservationes cir-
 cunt toto vitæ decur- ca viperas, 208
 su servant, 53. ova & Oleum communis in-
 vermes generant, 60 fectorum hostis, 153
 Muscæ non generan- vermes interficit,
 tur ex stercore mu- 154
 scarum, 61. habent Opiniones diversæ cir-
 repositorium ovo- ca generationem in-
 rum, *ibid.* non oriun- fectorum, 16. 5 *seqq.*
 tur ex stercore putre- Ova gallarum in quer-
 facto, 82. quomodo cubus, 235. 241. ova
 ortum trahere possint inventa in foliis sam-
 ex cadaveribus huma- buci, 295. vermes in-
 nis, 152. oleo unctæ, de nati, *ib.* eorumque
 vel aquis suffocatæ metamorphosis, *ibid.*
 moriuntur, nec vitam Ova ex quibus nascun-
 unquam recuperant, tur vermes, 93
 154. 5 *seqq.* Oves à pediculis ve-
 Muscarum stercore, Oxiacantha, 213. ejus
 P 4 figu-

I N D E X

- | | | | |
|---------------------------------------|-------------------------------|-------------------------------|---------------------|
| figura, | 214 | canæ, <i>ibid.</i> Cervi tab. | |
| Ozimum non producit | | xxiiii. | |
| scorpiones, 106. & seqq. quomodo ver- | | Phillyrea secunda Clu- | |
| mes generet, 216 | | sii, 213. ejus figura | |
| O. | | expressa, 214 | |
| P Apiliones non cre- | | Phœnices & Phryges | |
| scunt, sed eâ ma- | | generationem homi- | |
| gnitudine ex ovis | | num ex terra suæ re- | |
| prodeunt, quam toto | | gioni adscribabant, 9 | |
| vitæ decursu fer- | | Picus Martius, ejusque | |
| vant, 53 | | pulices, 322 | |
| Papiliones ex vermi- | | Pisces fluviales in lage- | |
| bus pyri, 269 | | nas apertas, & occlu- | |
| Paracelsi stultitia, ejus- | | fas conjecti, 47. quid | |
| que ridicula metho- | | inde natum, <i>ibid.</i> | |
| dus generandi ho- | | Pisces torqueri etiam | |
| munciones in vasis | | ab insectis, 316 | |
| chemicorum, 55 | | Plantæ omnes semine | |
| Pediculi cervi <i>tabula</i> | | vermium infectæ ver- | |
| | xxiiii. | minant, 226. diversa | |
| Pediculus hominis, | | quandoque animalia | |
| xix. Tigridis <i>tab.</i> | | sub una eademque | |
| | xxiv. | planta nascuntur, <i>ib.</i> | |
| Pediculus inguinalis. | | Pluvialis, 321. ejus | |
| | <i>ibid.</i> | pulices, <i>tab.</i> xi. | |
| Pediculus Camelii <i>tab.</i> | | Pocula ex Monocero- | |
| | xx. Asini, <i>tab.</i> xxii. | tis cornu fabricata | |
| | | inutilia, 130 | |
| | arietis Africani, <i>tab.</i> | Prognosticon forma- | |
| | | xxii. Gallinæ Afri- | tum à muscis & ver- |
| | | mi- | |

R E R V M.

mibus gallæ fabulo-
sum est, 173
Prunorum vermes
quomodo transfor-
mentur, 267
Pulices Accipitris tab.
i. Albardeolæ, tab.
vii. Anatis Turci-
cæ. tab. ix. Anseris
Sylvestris. tab. x. Ar-
dexæ. tab. vi. Capi.
tab. xv. Capreoli.
tab. xix. Cervi. tab.
xxii. Columbæ
majoris. tab. xi. Cor-
vi. tab. xvi. Cygni.
tab. viii. Fulicæ.
tab. iv. Gallinæ. tab.
ii. Gruis. tab. iii.
Pavonis. tab. xiv.
Pavonis albi. tab. xv.
Picæ. tab. v. Pluvia-
lis. tab. xi. Quer-
quedulæ. tab. xii.
Sturni. tab. ii. Stur-
ni candidi. tab. xvii
Tinnunculi. tab. xiii
Turturis. tab. ii.

R.
Anæ falso credun-

tur nasci ex luto,
195. mortuæ non re-
viviscunt, 199. 200.
modus exhibendi ra-
narum generationes
improbatus & reje-
ctus, 205. *S*eqq. ea-
rum historia, *ibid.*
S.

Scarabæi non na-
scuntur ex asino,
102. pediculis tor-
quentur, 315
Scorpiones non gene-
rantur ex terra, 15.
24. nec ex Crocodilo
mortuo, 103. non ex
Sisymbrio aquatico,
110. aut ex ozymo,
ibid. & 106. neque
ex cancris sub terra
sepultis, 104. non ex
ligno fracido, 110
Scorpiones non pa-
riunt ova, sed scor-
piunculos, 111. &
plures quam unde-
cim, *ibid.* nati quam-
diu vivant absque ci-
bo, 112. quomodo
se

I N D E X

- fese habeant in utero
 matris, 113. matrem
 non necant, nec ab il-
 la neci dantur, *ibid.*
 venenati non sunt in
 Italia, 116. quot no-
 dos vel vertebrae ha-
 beant, *ibid.*
Scorpiones Ægyptii,
 119. in quo differant
 ab Italicis, *ib.* & 120
Scorpiones Tunetani, Scopius marinus, 319
 121. horum descri- Scopius fabulosus na-
 ptio, *ib.* figura, 141. tus in cerebro homi-
 an acumen aculei fo- nis, 109
 ramen habeat, 124. Sensus cur à Deo con-
 cujus coloris sit eo- cessationi, 1. 2. 3.
 rum venenum, 125. sensus plantarum,
 127. experimenta va- 245. *seqq.*
 ria circa illorum ve- Serpentes putrefacti
 nena, 128. *seqq.* su- vermitibus operi &
 perstitiosum Barba- cur, 28. 29. in lage-
 rorum præservati- nas missi occluso ori-
 vum ad averruncan- ficio, sed nihil inde-
 dum hoc lethale ve- natum, 47
 nenum, 130. quando Serpentes fabulosi qui
 pestiferi sint, 133 lacte nutriuntur, &
Scorpiones mortui apes pariunt, 98. 99
 succo ellebori albi Serpentes quomodo
 madefacti non revi- generentur, 145. an-
 na-

R E R V M.

nascantur ex cadave-	terra contegunt, 203
ribus serpentum, aut	Thunnus, 152. expe-
ex spinali medulla	rimenta circa illius
hominis, 147. 148	vermes, 153
Sisymbrium aquati-	Tigris tigridum car-
cum non producit	nes devorat, 162. ejus
scorpiones, 110	pulices, tab. xxiv.
Spina alba, 213. ejus	Tineæ, 151
figura, 214	Tinnunculus, 313.
Stellio, 96	321. ejus pulices,
Stercora muscarum,	tab. xiii.
43. 47. 61. 180	V.

Stoici credebant homines ex terra nasci
haud secus atque fun-

V Accaio quid, 313.
321. ejus puli-

gos, 9
Struthiocamelus an ha-
beat pulices, 323
Sturnus, 322. ejusque

Vermes sua sponte non
nascuntur ex cadave-
re humano, 144. 149
Vermes in nucibus,

pulices, tab. II. &
tab. xvii.

264. in betæ foliis,
ibid. in capitibus al-
lii, 265. in prunis,
267. in persicis, 268

in pyris, ibid. nidus
eorum & transfor-
matio, ibid. in cada-
veribus areanorum,

eorumque transfor-
matio, 180

Testudines terrestres
ova quæ deposuerunt

Vermes cerasorum
quo-

INDEX RERVM.

- quomodo transfor- Vervex Fisanus, 326
 mentur, 262. eorum Vespa non generantur
 figura expressa, 264 ex terra, 15. neque ex
 Vermes in ranis, 36. in crocodilo mortuo,
 Barbis, 38. horum 103. vescuntur carni-
 pondus, & transforma- bus, 92. illarum feri-
 tio, *ibid.* *seqq.* tas, 93. circum ser-
 vermes in carnibus pentum cadavera fre-
 putrefactis nascuntur munt, & quare, 97.
 ex semine muscarum, 98. culices & apes
 46
 persequuntur, *ibid.*
 Vermes in caseo, lacte, floribus & fructibus
 recocta, 180. 183. vivunt, *ibid.* non na-
 super pepone & aliis scuntur ex carnibus
 fructibus, & quid in equinis, 102. nec ex
 de generetur, 192. *ibid.*
seqq. vermes in fun- Vipera, ejusque liquor
 gis, 229. vermes he- venenatus, 95. 96
 patis vervecini eo- Vitalba, 214. ejus figu-
 rumque figura, 302. ra expressa, *ibid.*
 • 303. vermes cervini Viticis baccæ rubræ,
 capitidis, eorumque 291
 figura, *ibid.* vermes in Vitulus marinus, 96.
 capitibus vervecum, quamdiu extra a-
 309 quam sine cibo vive-
 re possit, 319
 Vermiculus qui condi- Ursus ursi carnes de-
 ta arrodit, 326. ejus vorat, 161
 figura, *tab. xvii.*

F I N I S.

LECTOR BENEVOLE.

Dum alibi versatur Bibliopola ; dum Typographus bis tervè monitus , pro typis aliis peiores alios substituit, factum est, ut nonnulla irrepserint , quæ emendanda omni ratione duximus , quare pro candore tuo hæc ita corrigas velim.

<i>Tag.</i>	<i>linea.</i>	<i>errata.</i>	<i>correcta.</i>
2.	17	valens	valet
3.	12	apprehensione	apprehensioni
17	19	tantum	tanquam
19	17	artes	arte
27	11	vulgo	vulgi
29	15	optimæ	optime
35	5	relinquat	relinquant
57	14	Neopolitato	Neopolitano
72	10	Tanta	Tanto
ibid.	penult.	Scrivion	Scrivon
80	16	ne	deleatur
100	16	has	hos
141	9	animalculorum	ut animalculorum
144	10	Batista	Baptista
ibid.	19	lacertæ	lucertæ
153	13	Omphacio	omphacio aspersi
156	13	Ex	Et
205	4	quas	quos
227	13	ova	in ova
265	8	rurum	rubrum
309	1. & 2.	extremam	externam
312	1	extremas	externas
317	6	abscunduntur	absconduntur



St.

Inst. Zool. PAN
Biblioteka

K.9424